[...]llustrissimi scriptoris [...]tem et septem libros cõtinens [...]ũ a Gregorio Typher[...]ino Veronẽse cõuersa [...]ndice haud quaq asp[...]do propter meliorẽ [...]terarũ ordinẽ seruatũ.

✠



Venundantur parisius in vico diui iacobi ab Oliuierio Senant

¶ Theobaldus pigenatus Celeberrime
et philosopho Hieronymo Aleandro d

Oui quantam concipiant animoleticiam tui omnes r
dū tuę eruditionis amplitudinē. Ita honorifice ab oī
Musonius Gelianus nō verbis dicit; sed silērio indi
cundia ꝑditū habere ꝑceptorē In quo orbis ille di sc
q̄quaq; perfectus suspiciatur Ad hec adcedit tāta vi
cantu ad constitutionē ꝑfectioris harmonię concentus varii cor
absolueret ad parenti concursu in te elucescere His dubio procu
ea sunt vnde(vt bucolici carminis delicię: & norma Theocritus .
Cui nemo recta cōscientia fretus possit detrahere Nolim tñ mic
spōdeā Tametsi opportunitas oblata videbatur. velquia mīme te
tia deteratur satius obuoluendā quodā velamine silētii fuerit. T
nię sacrificio agamēnonis vultū nō satis ꝓ acerbitate summi meror
to plura relinqueret intuentibus ęstimanda quā pictura ostender
miens Cuius satyri colludentes nodos digitorū thyrsis metieba
a damussim facta. vt thyrsi quātūuis magni ne mimā q̄dē tuorū
Agnouit enī antea te Italia. Agnoscit nūc Gallia neq; aliū litera
tos annos pene extinctū splendorē reiecto situ restituat cuiusue
Spera igitur sacratissime musarū āntistes Galliā ꝑpetuo tui nois
te cōcitasti opinionē Id qđ vere facis & eo maiore cura atq; stu
& latinis pręlectionib' tā multiplici eruditione: tāq; varia vt elo
dētibus pręsidia. Spōte enā nū exarsisti ad igenia benigne fouēda
su)excogitatū pasti: Quo facili' iter hrīt: q fōtē lrārū sacrosanct
mēta nō aliter refugiūt q̄ serpēs fraxinū. Sciāt itaq; tuo iussu q
Quippe cū superiore anno post varios gręcosq; & latinos cū or
in honestissimo cōsessu amp'lissimoq; auditorio vniuersę acader
adepta est vt magna oīm adprobatione cū cęteris lectionib' per
inuolucris obtexētiū necessaria fuerit iudicata. Neq; id immeri
turpe ita miserū ducim' verū ēt qui hac sciā ignorata poetas inte
gere & qđ dr̄ andabatarū more digladiari scim' Quo factū ē vt
& multarum rerū gnaro & id gen' doctrinę diligēti admodū sc
iniūxisti vt ꝑ ordinē literarū in margine notata in indicē rediger
suscepissem per inuit' nec me huic oneri imparē negauerim Qm
cis deprauatos. ac in locorū & vrbiū noib': quę magis ꝑsegmu
innouari aut restitui sine venetāda gręci voluminis inuētu rari
quę possim nō solū sʒ tibi quę nō possim debere putē. Maiestas
tā hʒ orthographię ratione vt quidpiā maxīe in his inmutare a
nisi a gręcis trahat arma qb' fulciat: velit nolit admittere. quor
iuxta veterē poetam sint κωφοι τατωτατουτευουυ τα
aperte ostentantes temeritatē: quāq; vesana sint mente: dū quer
pulcherrima quęq̄ fluxerūt cōuertim': tāq̄ seueriora tractēt: dū n
gallinaceū sint adsecuturi imaginātur: & nūq̄ legerit catonē iā s
adprīe laudatos. sʒ qđ ii puicaciter ita i dānāda heresi obdurasc
gocu hui' iudicio nō credāt: nihil cū illis agēdū. Vtinā tñ q eis ... aliqn reprehēditur. dolebūtq; se nimeris in
literis bōas horas ꝑdidisse: & miltis execrationib' detestabūtur tales ακριτομυθους και αμετροεπεις qui suae
inscitię cōscii veritatē ideo supprimūt; q a ꝑspiciūt quo dedecore quaue ifamia sese inurerēt. Qnomō ei ꝑfessi satis ipu
dēter se sūmos vñ lōgissime absūt i latinis doctores: gręcas literas q̄rū prorsus sūt expertes: sine maxīo rubore latinis ne
cessarias faterētur: aut mīta eē q̄ itellegi nequeāt' Sed de his ne sim fastidio finē facim': & tibi Hieronyme literarū ꝑses
cui' vt nomē venerādū qđ sacrū: ita cætera oia: minū laborē nrm offerre non erubesco Quod sciam non minus deos
mola salsa litantibus quā thure propicios: imo sępenūero placatiores: Tuo etiam nomine publicandum putaui. vt qui
buscūq; profuerimus tibi habeant gratiā. Benigne vt in aliis solēt errata impressorum negligētię iputantes. Si vero cul
pa in nos aliqua reijciatur: & nonnulla fuerint in ordine perperam reposita: cogitent velim dum festinātię librariorum
satageremus: nos in exemplaria æque ac ipsi falsa incidisse. Ideo bona venia: quibus hoc fuerit compertū: in suum locum
restituenda

¶ Vale Ex Parisiis 3 nonas Febru

Tabula

Index

Index

M

Tabula

Tabula

Tabula

FINIS.

Ad Paulum secundũ Pont.maximũ:Ioannis Andreæ Aleriensis Episcopi epistola: In qua inuehit in Georgiũ Trabezontiũ:quem Cenotimoné.i.nouũ Timonem appellat.

g Eographiam multos scripsisse nouimus Pater Beatissime Paule.II.Venete Pon.maxime:temporũ nostrorum felicitas & gloria:cũ eiusmodi sit doctrinæ opus quod oĩbus gratũ:a pluribusq; tractatũ uix unq̃ tamen ad plenũ:uel apprehensum uel explicatum esse censeatur:dum nunc cæli:nunc matiũ:nunc situũ cæterorũ ratione aliquid priorum scriptis adiici posse perspicit̃: tanta consequente lectionis huius studiosos utilitate:ut indoctus nemo uideri sanius possit: qui uel exactam mẽbratim:uel in summã collectam rationé reddere patriarum queat.Illũ sane Reges maximo honore prosequuti sunt:illũ ingentes sunt exercitus admirati:illũ ductores legionum tanq̃ cælestem ducé sunt sequuti:illum miro amore oés mortales sunt exosculati:quem regionũ peritiã callere didicerunt.Ob eam rem diuino ingenio atq; eruditione uiri Hipparchus:Eudoxus: Eratosthenes Hippias:Sebosus Bion:Xenophon Lampsacenus:Beron:Timæus:Dionysius.Et artis totius splẽdor:& constans artifex Ptolemæus:& ante illũ Plinius ac Mella: Augustiq; tẽporibus Strabo : aliiq; per plures:nunq̃ satis laudati:prodiere.Absq; id genus uiris nulla ab Imperatoribus ac regibus unq̃ expeditio est suscepta.id christianitatis principes:ac sedis tuæ Romanæ ecclesiæ sanctissimi antistites recte intelligentes:& ante oés:Pontificum maximorũ splendor ingens Nicolaus. v. prædecessor: haud dudum tuus pater sancte:miro studio ægerunt:ut Ptolemæus:Straboq; Cretensis: non minus historicus quã Geographus:atq; philosophus:& homericæ maiestatis illustris expositor : Romanis uocibus audirentur.demandata rei miræ difficilis prouincia multi noĩs uiris:Iacobo angelo Florentino in mathematicis doctissimo ab Alexandro.v.transferendi in latinũ Ptolemæi:Strabonis uero a Nicolao item.v.Guarrino Veronẽsi:& Gregorio Tifernati.Quorũ ego in manibus sumptis exemplaribus ex Gregorii Archetypis Asiam atq; Africam describi feci.Guarrini autem Europa perlecta q̃ in ea multa deerant fragmentis;ut puto Græcorũ:illius exemplariũ:amicorũ ope:addi oĩa procuraui.In quo Theodoro meo gazæ:atq; Andronico lampo:item Birago Græce Latineq; doctissimis uiris:nõ exigua gratia est habenda.Equidé Strabonem scio:lectionis uarietate:copiaq;:ac summa rerum plurimarũ esse eruditione singularé:multoq; in sua q̃ in nostra lingua magnificentioré : in qua etiam si non est uerior:aliquanto tamen futurus est clarior: Latinis hoĩbus incredibiliter placiturũ: de quo pro uiri merito:atq; amplitudine:nihil dici nimium potest.Sed ab optimo hoĩe Cretensi:ad ineptissimũ rabulam:bonos oés calumniantẽ pater sancte cũ tua bona uenia uertenda est epistola. Illius enim maledictorũ ia irritatus:tam diu tacui:quod locũ in quo insigniter eum affigeré:oĩbus spectandũ:non quia tam diu mihi silendũ foret:expectabã.Feret igitur Cretensis illustris:coinsulanum suũ:per totũ orbem obscurissimũ:qui sanctis laboribus meis:utilibusq; communi studiosorũ Reip. medius irruit importune:ut sæua in fruges calamitas:utq; in armenta lues:Erinnys uerissime improba quietorũ.Huic quoniã amatuléto quondã Timoni:mortales oés odio insequẽti: simillimus est: nõ alio q̃ Cenotimonis:idest noui Timonis noĩe:cum honoris præfatione doctis oĩbus iuste mihi ignoscentibus appellabo ita ut si inter ulcerosi illũ tergi(ut dicit̃)plagas tetigero:respõsum sciat : nõ dictũ prius:nec deinceps usq; adeo fiat præceps in cõuiciando:ne dicẽdo quod uelit: quod nolit cogatur audire.Ignoscã enim illi in præsentia pene oĩa;quæ si irritabit crabrones secundũ hanc prægustationé profundentur.Nam tanq̃ oĩs docte casteq; scribẽdi occupatus locus oĩno foret:nec ulla superesset materia sapientiæ:in terrã penitus ac cadauerosam totũ sese conuiciandi demersit fœditaté ut nostra iustior fiat iracundia.Quæ enim(pro pudor)intẽperies:quæ laruæ : quæ tusi extrema dementia hos impulit in Platoné?Quem quidé nos humanitatis uirtutisq; dulcedine ac laborũ: quos maximos atq; utilissimos in studiis pertulit:ad posterosq; transmisit:nõ ullis contentionũ partibus: ab huius pro uirili turpitudine uendicamus.Nõ ignari satis superq; esse in Platonica defensione illũ ab integerrimo & doctissimo:& philosopho & theologo scriptore defensum. Quando igitur cogor (quod minime expectabã)conuiciis respondere:quid mihi de his præstigiis uideat̃:ac epistola lectores intelligant.Gorgiã Leontinũ ferunt primũ aureã statuam & solidã Delphis sibi in tẽplo posuisse q̃ sũmus illi docendæ oratoriæ artis quæstus foret hũc æmulaturus:sed male Cenotimon iste inligni Rhetor:ut ipsius ad Turcum iactat epistola impia:atq; gloriosa : ut Christiani docti omnes intelligunt:scoria:sordesq;:non imagines aureas:nõ plumbeas saltem personas:aut luteas.sed conuiciosas sibi in philosophiæ quodam templo:ac candore Platonico laruas & intemperies collocauit : plenas sane argento uiuo sui stultiloquii:quod rebus omnibus est uenenum:per quas se nigrore ac fuligine in perpetuum indelebili deformauit.Nec cõtentus tam inopis cerebri errore: immo scelere inaudito:mugit per plateas:& in triuiis nõ stridet:sed boat in me qui nemini hominum unq̃ maledixi:& ei sæpe adiutor fui:non cessans oblatrare:nisi si est ignoscendum e compotatione non cõuiuio madido(ut fieri solet)prouenti.Platonem diuinitatis secretatium a me parcissime dictum:tanq̃ nefas atq; facinus impium stomachatur homo religiosissimus:atq; ægre fert : diffamatq; christianissimus:quem etiam philosophiæ sacrarium ; immo philosophorum deum a summis uiris scriptum: tantus fuit semper amplissimi uiri illius amor:tam ingens apud doctissimos admiratio:& si obliuiosissimus est & minime pudens non negabit.Teq; pater sancte conuiciationis suæ uindicem flagitat:

ignorans miser q̃ uirgæ baculiq; tui censura magna esse noscitur percussi consolatio. Secretarium
tu diuinitatis homo formosissime;atq; doctissime Cenotimon Platonem dici ,uetas? ac grauissime
ut nefas accusas?irridere hoc debui:nõ rescribere:nec tibi in plateis cantillanti(qui nemini omnino
parcis)respondere,Sed ne nimiũ tibi sapere uideare nõ tacebo.Tu ne solus bone uir;tu ne quid secre
tarius sit;cũ tamdiu uolueris secretarius,dici nõ nosti? Tabernarius quid,sit(non enim dicã caupo-
narius)ne conuiciando inuiter quem cõuicii accuso;e taberna ut scribis cõuiuali;immo combibali
nuper egressus;aut usurarius;nam fœneratorium nomẽ propter decoctionem perhorrescis; aut
carcerarius;si meministi frequẽs tuum diuersoriũ,neq; enim hæc in te sunt conuicia: quæ ipse præ-
dicas;quæq; sunt oibus magis q̃ tibi propter obliuiosum ingeniũ tuũ cognitissima;quare non item
quid sit secretarius propter nosum propornonẽ tenes? Vt enim illi a taberna:usura & carcere;sic iste
deflectit a secreto,quemadmodũ igitur qui tabernis uacat operaturq; tabernarius; qui item usuris
usurarius;qui carceri carcerarius;nõne pari lege qui secretis dicet secretarius? Deus quidẽ quisnam
aut quid sit:si uis me credere te nescire;negãti facile assentiar,non enim potes conuiciis simul & deo
quærendo indulgere;& in cœno occupato maledicentiæ;necessario nulla est de cælestibus cura,ue-
rum te ego pietatis gratia;ne me criminandi;non docendi tui causa rescripsisse putes;paucis aduerte
docebo,Ita enim cui rei studueris;quid assidue mediteris;me quoq; nosse tibi ostendero.De uicario
tu quidẽ dei iugiter cogitasti,nec desinis(uti mea est opinio)cogitare merito sane;merito inq̃; fuisti
enim sis ne uero adhuc;ignosce hoc mihi id equidẽ nescio;illius secretarius.Iccirco tu quoq; diuini
tatis poteras;non iniuria;nõ mẽdacio secretarius dici.Nam si deus(uti est)ipsa ueritas est; & uicarius
dei cathedram ueritatis tenet;quisquis huius amplissimi uicarii uerus est secretarius;idest qui partẽ
aliquã principis huius sui secretorũ nouit;quandoquidẽ is princeps est dei uicarius eiusmodi uir iu-
re est diuinitatis secretarius.Sed heus diuine secretarie:& si ego te nunq̃ illius maiestatis nosse ullũ
oino secretum certus sum;tamen asserenti tibi de tuo te principe cogitare nõ negabo, Cogitasti tu
quidẽ lepidũ caput de Christi uicario cæterũ ois tua cogitatio;immo furiosa mentis agitatio: & sce
lerosa insania fuit;quomodo illũ,quid illũ dixi;quomodo cũ illo;sanctũ populũ christianũ: Turco
per epistolas tuas;licet stultas tamen uenenosissimas simul traderes infideli. Audi Cenotimon audi;
& si quis pudor est late ac publicã;si Christianus est uis publici facinoris;age pœnitudinẽ; quis præ-
ter te insignem pontificiũ secretariũ;Turcum impiissimũ Christianorũ sanguine rorantẽ;Imperato-
rem unq̃ appellauit uniuersi? Quis illi se christianitatẽ proditurũ scripsit? Hæc quidẽ a me tacerent
si essent occulta,Hortat delirus barbarũ impiissimũ;ut sese ad eũ cũ litteris & pecunia accersat;uias
se illi aperturũ;ac cõsilia quibus iugo infidelitatis Christianitatẽ subiiciat;que populũ a confusi[illegible]
ut dicit insanus;ac colluuione regentiũ in libertatẽ uendicet.Suũ diuinum principẽ Christi uicariũ
& reges oẽs;ac principes catholicos tali dedecore impetit;atq; contaminat;quali de oibus malemeri
tis.Huiusq; non ego sed indignatio iustissima;& fidei zelus;& mentecapti huius sceleris horror me
ad non tacendũ impulit,Iam me hoiem esse episcopumq; considerans ad humanitatẽ redeo atq; mi
serationem;Inops consilii homo;& multũ multũq; lugende;quæ te nostra iniuria ad excors facinus
inauditumq; irritauit? Non te hoiem aduenam;egentem ad nostros principes uenisse olim recorda-
bare;non tu liberalitate pontificũ grandem cogitabas te aliquando fecisse pecuniam;quorũ princi-
pum nulla iniuria;sed sponte a te fœnoribus obligatam;si omnem turpissime amisisti propter usu-
rarum auidum ingenium tuum;debuisti ne propterea factus a mente alienus tam nefario te scelere
obligare?pudet misereq; tum cæterorum tuorum tuiq;:tum ueteris scholæ;in qua loquentiam for
sitan certe nullam sapientiam didicisti;loquax es factus absq; omni modestia;& tui tantum te peri-
culo conscelerasti,Modo etiam quis de te in mea epistola loquebatur? Tu te illum esse profiteri nõ
erubuisti;qui sis conuiciatus in Platonẽ;produsti subscripror magnifice solus tantæ criminationis
inuentor.Ego tamen tibi omni tẽpore nomen sacri fontis pie cõdonabo, Sed reuertor ad secretariũ
unde discesseram,siue igitur Deus est ipsa sapientia;siue uirtus;siue ens ipsum; siue maximũ ipsum
quo maius cogitari etiam queat nihil,horum omnium si quicq̃ Plato sciuit scisse autem multa præ
ter te diffitetur nemo diuinitatis secretarius;citra omnem iniuriam reprehensionemq; potest appel-
lari;quippe quo gentilium scriptorum nemo sapientior;castior & uerior legitur, Tãq; secreta & se-
crete omnia scribit;ut decidentibus sibi etiam(ut in quadam epistola scribit)propriis tabellis; non
possit tamen;nisi a diuinis hominibus lectus atq; perlectus intelligi,Ecce iterum Cenotimon insur
git;& in medium profetas profert.Item apostolos atq; sanctæ doctores ecclesiæ; & quicquid potest
uetatis Christianæ;ut in cœno Platonem conuoluat,Aurita imago hominis;& eius quidem defor
mis umbra;quis ita loquitur de Platone;ut de christiano? Scimus gentilem fuisse philosophũ, Sci-
mus illi multa defuisse homini necessaria baptizato;de fide certissimi & constant[illegible] doctrinam
diligimus in Platone,Boetius pueris nostris in schola Platonẽ facit admirandũ;nisi etiã Boetiũ pari
errore;insaniaq; cõdẽnat,Diuus Augustinus mirabilẽ prædicat in ecclesia;quod maxime mirũ põt
uideri;cum tot ea tempestate florerent infideles;quocirca seipsum uir sanctissimus quodam loco di
gne est tetractando interpretatus,Sed impetu detrahendi;in spurco ore nascentia uerba profundis,
Igitur cum sanctis Platonem ut antistitem quendam philosophiæ admiramur; consciumq; ex maxi
ma parte naturæ,Gratiã nobis xp̃s dominus beneficentissime attulit,Illi natura dux fuit;uirũ bonũ

credo fuisse Platonē doctissimūq; ac summū quantum gentilis homo assequi ualuit theologum:& a nostris inclytis theologis magna ex parte mirifice cōmendatū:& in quo quidē tui maxime dissimilis est:summe fuisse uerecundū:ideo diuinitatis:idest sūme uirtutis consciū atq; secretarium. Expectas ut tibi Cenotimon respondeā:q me ex gurgustio prodiisse oblatrasti? Hoc ego ingenue fateor me oēm habuisse cū sanctis humilibus mansionē:pro qua cū uicinis meis nō esset mihi futura certatio:immo ne gurgustiū qdē ipsum unde prodirē ante Pauli.ii. Veneti pontificatū felicissimū habui:prius fui acciensis eps:ex qua ecclesia:post quadriennitū pōt quattuor cornuū uerulx unus expectari. Nunc modeste illius mei diuini principis beneficio collocatus sum in sancta & quieta Alariēsi ecclesia:quia fui oēs laudando illi carus:non ut tu cōuitiando rabiosus. Sed ego a te rex palatiorum peto:gurgustio ne carcerem quoq; anteponis. Ego bonarū fui(ut ais)artium studiosus:tu mea sententia aliquanto magister excellens. Sed tua recentia opera neq; doctrinā sapiūt:neq; modestiā: & tamē uetera non probo. Non te miserabilis pudet loqui de doctrina:qui doctrinarum arcem:ut gigantes cælum oppugnasti:quæ est munimento adamante omni firmiore:plusq centuplici muro cincta illa illustri defensione Platonis. Pictus es ibi pictus magister eius generis coloribus:atq; pigmentis: quæ oīs mundi aqua nō possit abluere. Multa tibi & ego & cæteri condonamus quos imundo ore cōtaminas:aut potius ornas:quia delitorū(ut aiunt)cōuitia:sapientū sunt præconia didicisses miser ab illustri terrarū situs scriptore Strabone pudorē:qui tantū gloriæ laudādo ꝓmeruit. In eius ego te frōte spectādū iccirco cōstitui:ut patriæ cōis caritate te secreto alloquutū moneret:tandē aliquādo resipiscere Diceretq; se orbē diligētissime lustrasse terrarū:neq; usq tibi simile monstrū inuenisse. Platonis laudatores oēs ubiq; repperisse:qppe te nō feris modo:serpētibusq;:sed anthropophagis etiam esse tetriorē. Illos humana carne uesci te mortuorū post duo prope annorū milia cadauera deuorare. Immo uero in aīs oīum hoīm sapientū uiuētes discepere:& nulla pœnitus eorū laceratione saturari. Tu solus restabas Cenotimon addēdus nostro opīne quicq esset oino in terrarū orbe monstrosum: quod nō in Strabone possemus inuenire. Cæterū indocti hoīes scio q sint ad carpendū propēsi. Si potes cū tuis cōbibonibus ac mandiotibus philosophis ītelligere:docebo uos eqdē humanius iti quo lacerādi rabidi queatis absq; calūnia diuersari errores meos quærite & corrigite:sed timetis scio me docere. Verū ignoscant oēs necessitati meæ:& p te pater sancte ante alios uir cultissimus atq; elegātissimus Pontremulēsis Nicodemus ad tuā scitatē Ducalis orator Mediolanēsis ornatissimus. Nā q illū īter cæteros amicos meos ueteres sinceros:ac uetustissimos magna ratione plurimū ueneror: ac obseruo:timeo ne ego illi etiā lacessitus iniuria & iuste iratus uidear nō qdē nimiū : sed præter meū morē exarsisse. Strabonē sane ei scio mirifice placiturū. Nā ille ut q optime ītelligit:quiq; supra modū cultioribus studiis delectat:hāc præcipue sciēdi partē auide cōplectit:situs oēs in qbus fuit optime tenens;cæteros ad quos illi ire nō cōtigit:perdiscit ex libris studiose. Et tempestatū singularū uiros excellentes in propriis quosq; patriis:non magis perquirit ad laudandum q ad imitandum : atq; assidue(quod facit)superādum. Illum quidem reor Cenotimoni huic miserabili & importuno multa humanitate ut resipiscat suasurū. Vt tu pater beatissime etiā atq; etiam obsecro:ignosce necessitati huius epistolæ:quæ omnino est cōtraria studiis meæ uoluntatis. Vale semper felicissime:sanctissimeq; ac placidissime Pontifex.

Ad Nico. quintū Potifi. maximū Guarini Veronēsis in Strabonis traductionem epistola.

Varum plærūq; rerū contēplatione adductus beatissime pater in eā uenire soleo contentionē plus ne tibi litteratū & bonarū artiū studia:an tu illis debeas:quippe cū illarū in te : tuiq; in illas ultro citroq; singularia extent merita. Illæ quidē tibi fructum famam decusq; pepererunt:& ingeniū multis & magnis rebus adornatū reddiderūt. Tu uero cōtra illis splendorē dignitatē gloriāq; comparasti:quæ maiestatis sedē & pontificale nactæ fastigiū:sibipsis triūphare: & uere in cælū(ut dicitur)ascendisse uidenī. Quid enim splendidius:magnificētius:aut gloriosius uendicare possūnt disciplinæ:& hæc humanitatis studia:q ut Ro. pontifici & christiani nois ductori assistere se cognoscant & iactēt? Tantū nāq; artes extollunī:& tanti fiunt:quanti earū cultores ꝓfessoresq; memoranī & celebrantur:unde militarem disciplinam iuriscīuilis scientiam:philosophiā:cæterasq; id genus uel hinc maxime cōmendamus:ꝓbamus:admiramur:quia generosos homines:clarissimos principes:inclytos reges in eis uersari solitos dicimus:eisq; operam dedisse testamur. Quocirca memoriæ proditum est Alexandrum illum magnū ; cum ad currendi certamen olympiæ inuitaretur: id libenter & strenue se facturū respondisse:si reges æmulos habiturus esset in stadio. Vt autem dominum nostrum Iesum Christum & hac imitens in parte:cuius uicarius uestigia fere sectaris in reliquis absumptos iam morte scriptores:ut ille Lazarum & alios permultos:ad uitam reuocas:& mersos in tenebris in lucem retrahis:labentesq; per ætatem auctores quasi putrescentia cadauera in iuueniles annos renouas. Hinc factum est ut illi te patrē recreatoremq; cognoscant: preciosissima bibliotheca quasi præclarissima supellectile Romanā locupletaturū ecclesiam. Quæ tanto reliqs uasi potiora sunt:quanto argētea uasa uel aurea alios usus & quidē mutos expectant. Codices autē ad sa-

pientiā:ad religionē informandam loquentia sunt instrumenta. Eos tua cura uigilantia: sumptibus magnis ad Christianam præsertim religionem pertinentes e græca lingua in Romanum conuersos eloquium esse fama est. In quibus tuæ pariter maiestatis nomen in dies germinare ac florere posteritas aspiciet: eo quidem amplius quo magnificentius ipsum beneficium minores intelligentia intellectum amabunt: amato fruentur. Et sanctorum nanq; uirorum libris lucubrationibus: & diuinorum mandatorum lectionibus datum est nobis: ut ad humanæ fragilitatis auxilium intercessores inuenimus angelos: dæmones propulsemus: peccata deleamus: uitæ sanctitatem exoremus: regni cælestis beatitudinem fruendā fide ipsa pollicente speremus: & quod summū & amplissimum est: ipsa interprete lectione dei ueri fruamur alloquio. Pro quibus quidem maximis & immortalibus tuæ sanctitatis meritis oīs ætas tibi laudes: tibi gratias: tibi honorē: non minus q̄ Ptolemæo philadelpho secūdo Alexandriæ regi decantabit: & persoluet: qui diuinarū secreta scripturarum per septuaginta interpretes ex hebrea lingua conuertenda curauit: & ante incarnati Verbi mysterium annis ducentis & octoginta in lucem eduxit: & posteris manifesta reliquit atq; legauit. Postremo cum memoria teneas domini dei nostri uerbum a patribus antiquis in te legitima serie deriuatum: quicquid ligaueris super terrā ligatum erit & in cælis: ut q̄ late pateat diuinitus attributa pōtificali solio potestas ostenderes: terræ ac maris ambitum: cuius imperium penes te esse uoluit: per singulas descriptum regiones mortalibus cognitum esse uoluisti. quanq̄ per nostros quoq; homines mundi formam compertam haberemus: græcū etiam testem adhibere instituisti Strabonem: scilicet uirum doctissimum & magnarū rerum cognitione peritissimum: qui uel omissas: uel neglectas: aut uetustate oblitas orbis partes ad unguem restituit: & diligētissime designauit: populos: nationes: res gestas: flumina: mōtes: maria: terminos ante oculos ponens. Eum tuæ sanctitatis tractatus imperio: in latinū uertere conatus sum: non tam meo .i. tenui ingenio: q̄ mādantis grauitate fretus. More autem maiorꝫ qui præclaras actiones consulari nomine insignibant: hunc in codicis fronte titulū insculpendū esse censui. Strabo recte & acute perspiciens mundi designator acutissimus: atq; solertissimus: ut ex latinis peragrandi orbis uiam cōmonstraret: Guarini ueronēsis interpretamento Italis quoq; se aperuit pontificante Nicolao quinto: eodēq; mandante.

Eiusdē Guatini in absolutionē Strabonis inchoati prohemiū alterum ad insignē ac patriciū equestris ordinis uirū .d. Iacobū Antonium Marcellū Venetum.

Eteres illi quorū auctoritas cum sapientia ad posteros usq; prouecta est memoriæ prodiderunt Atlantem uirū illustrem regemq; potentissimum late quondam terris imperitasse. De cuius magnitudine cum alia permulta: tum illum cælum sustinuisse prædicāt. Cæterum longo aliquando labore fessum cum deficeret Herculem Ioue (ut aiunt) natum & rerum gestarum gloria: ea tempestate celebertimū inuocasse: qui tantum subiret onus: & robustum hominis munus impleret. Idem meo de Strabone in præsentia dicendum offertur: quod quidem opus arduum: & cæleste uolumen: cum sanctæ memoriæ Nicolao Papæ quinto terras cælumq; regenti destinassem: cum de illius maiestate ac potētia ueritas ipsa loquetur quicquid ligaueris & solueris super terram: ligatum & solutum erit & in cælis: & inuidia uiris bonis: & hominibus doctissimis fortuna ipsum litterarum ductorem benignissimum intercepit: & spes nostras abrupit. Interea circumspicienti mihi: & animo cuncta lustranti amplitudinis tuæ splendore: & digno immortalitatis nomine quasi Hercules alter occurristi: qui deficientis onus subites: & arduum munus impleres. Nam cum nobilitatem tuam: sapientiam: resq; tuas domi ac militiæ fortiter prudentissime ac prospere administratas contemplor & mente reuoluo: quid tibi ad summū gloriæ cumulum desit nequaq̄ intelligo: siue genus: siue tua gesta perpendo. Cōsideras nanq; & ipse ponderas quanta tibi sit indita necessitas e tot tertacū regina patria: & e Marcellorꝫ prosapia ortum esse. Quid cū. M. ille Marcellus lætis offert auribus: qui primus Hannibalē superari docuit. Cuius memoria cū tibi ante oculos uersat: ad sublimia: ad magnifica: ad miranda totus accenderis: ut in tanto noīe degenerasse uidearis. Nam si antiquis annalibus: & auditis fides abroganda non est: numerosam Marcellorꝫ familiā Romana candente Republica quattuor ingentibus onerariis nauibus Venetias aduentasse fama est: quæ immensis opibus refertæ fuerant. Quarū auxilio speciosissimas ædes condidisse marmoribus: & aliis ornamentis instructas: tantæ nobilitatis uestigia: & antiquitatis documenta constantissima. Ipse mecum obstupescere uident litteræ: cum præclara tua facinora non minus fortiter q̄ sapienter ac magnifice administrata prædicare instituunt. Venit in mentē Casale maius: cuius præfectus cū esses eo bello quod Philippus Maria Mediolani dux aduersus Venetū gerebat imperiū. Ita defendisti: ut nullo capi consilio ac robore siueris: cū eius potiundi auidissimus hostis esset. Et erat quidē obsidio robore militū ad triginta milia: & omni machinamentorꝫ genere apparata: & ductoribus cunctis sub imperatore Picinino florētibus: qui omne ualidissimū oppidum populaturi primo uidebantur impetu. Multa quidem ingentia de te sese offerunt. Quæ prologorum compendio & breuitate potius q̄ pro dignitate memorari dolent: & conqueri uidentur: cum grande ex illis confici corpus & possit & debeat. Quæ aliis post

memoranda relinquo. Quædam tamen præ illorum nobilitate reticere non possum spreta prohe-
miorum formula. Malo enim ipse superuacua uerborũ copia damnari q̃ meis ꝓ uiribus tuorum te
laborum laude fraudare. Præstarq; ut potius redũdãs q̃ ingrata notetur oratio. Cum bello quod su-
pra commemoraui eo res deducta esset: ut in Brixiæ captiuitate aut defensione terræstris & Veneti
pondus uergeret imperii: hostilibus copiis & ingẽti exercitu ciuitatis urgebatur obsidio. Spes quidẽ
hostibus: Venetis autẽ desperatio crescebat in dies: fames & inopia premebat obsessos: nec spes opis
ulla dabatur. Campus enim tractus motitanus in hostium potestate ita tenebatur: ut nulla adeun-
dæ urbis uia præstaretur: nec inclusi pro paucitate contra tot milia auderẽt erumpere: Tu igit' Mar
celle uir sapientissime ad tanta pericula propulsanda: & malorum remedia excogitanda missus per
syluestria loca & rupes iniquissimas transuolans ex insperato urbem intrasti: ciuesq; ac milites adeo
animasti: ut te duce obsessum per id tempus uehementer ab hoste Roarum castellum ciuitatis uere
clauem: & Brixiæ columen ex hostium faucibus eripuerint. Subinde ciuitatem firmatam munitãq;
dimittens: ut moræ uir impatiens: assumpto milium circitèr triginta exercitu maiore ex parte inuti
li quippe qui commeatus absumeret: & cum hoste qui maiores copias & uires reparauerat: cõgredi
longe impotens esset: per inascensa rupium cacumina collesq; tristissimos inuictus uelut Hannibal
alter per alpes cursitans in agrum Veronensem reuertisti. Eo sane aduentu exercitum ipsum cui bre
ui intra moenia pereundum erat: incolumen seruasti ac tractum omnem eis nuncium dubium fir-
masti: debilem roborasti: ruiturum substentasti: donec illo ingẽti exercitu subsidia maxima attulisti.
Quibus quidem fortiter ac sapientissime gestis: cum uehemẽtius hostem aduersus Brixiam exaspe-
tasses quoddam humanis uiribus maius & uix posteritati credibile facinus inuasisti. Quod unum
pro sua magnitudine & admiratione ne omittatur exposcit: & quod Xersis Persarum regis facto nõ
modo conferre: sed anteferre non dubitauerim. Ipsum inquam regem potentia & audatia nobilita-
tum sic nauibus hellespontum strauisse: & in mari pontem construxisse fama canit: ut exercitui per
meabile pedibus mare conficeret. Opulentissimo regi facile fuit iactis inter undas ancoris: instratis
tabulatis: salua rerum natura conficere. Tu uero animi magnitudine: mentis acumine: ingenio per-
spicaci terræstre iter strauisti nauibus: & loca per asperrima montanosq; tramites in benacum Vero
nensis agri lacum non mediocrem sane classem myoparonum biremium: triremium: & alia uarii ge
neris nauigia induxisti. Cum interim piceninus aduersus repugnatur apparatibus a te fusus profli-
gatusq; profugerit. Dædalum non tam mirarentur homines præpetibus pẽnis ausum se credere cæ
lo q̃ istum tuum inuentum laudibus & admiratione prosequuntur. Nemini dubium est ea uia con
silio & industria soluendæ Brixiæ quaquauersum obsessæ aditum patuisse commeatui: pecunia ar-
mis abunde suppeditans: eiusq; liberationem tuo acceptam beneficio referri debere. Et quoniam
præ tuarum cupiditate laudum cœpi uerecundiæ fines transire non uerebor bene & grauiter impu
dens esse: q̃ præclarum factum illud: q̃ Rei Venetæ perutile: q cum Nicolaus Piceninus redintegra
tis instar hydræ uiribus Veronẽses fines maximo cum impetu Veneti discrimĩe occupasset: & Vi
centinum nonnihil agrum: & ingenti contra Comitem Franciscum Sfortiam fossa & munimentis
se cinxisse: & apparatu instructus maximo subsidio liberandæ Veronæ aduẽtabat. Nec ullus Comi
ti Francisco transitus præstaretur tu ueluti Veronæ dictator: ui redactis in potestatem mõtibus ab
hoste possessis per inuia loca rupesq; uastissimas Comitem ipsum Franciscum: & militum quadra-
ginta milium multitudinem incolumen perduxisti. Tantumq; Picenino terroris incussisti: ut qui ti-
mendus antea fuerat: nunc deniq; timidus traiecto athesi salutem fuga compararit. Atq; eo momen
to omnis citra transq; Mintium Res Veneta ab omni metu periculoq; liberata ẽ. An uero quisq̃ hu
ius ætatis est qui nesciat cum urbe Verona furtim potitus hostis esset: & intra moenia cuncta in po
testate præter arces teneret armis: ad extrudendos hostes imperatorem uestrum tua ope: consilio &
celeritate usum reparasse. Illum autem in tuæ uirtutis testimonium dixisse memoriæ proditum est
Macelle tua non minus opera Veronam q̃ uirtute nostra recepimus. Testis est etiam insula Padi tuo
ductu & auspicio. In ea susum profligatumq; exercitum fuisse. Qua clade non sane mediocri nobi-
litata est. Nouissime traiecto Adua fluuio qui finis est imperii: cum aduersas ripas aduersariorum co
piæ pro statione tenerent: tantus est iniectus terror: ut populationibus: incendiis: uastitati incustodi
tus relinqueretur ager. Vnde inclyta illa & semper imperiosa Mediolanum suis in portis Veneto-
rum affigi uexilla spectauerit. Quo præclaro & memorando facinore tuo auratæ militiæ: & eque-
stris ordinis insignia magnanimitatis & fortitudinis tuæ monumentum meruisti: & approbãte exer
citu adeptus es. Dux igitur Philippus tanta rerum permutatione commotus: ut qui aliis antea bellũ
inferre longius soleret: nunc ad portas bellum feruere cerneret mentem dolore saucius: ex ægritudi
ne morbum contraxit: & paucos intra dies mortem obiit. Vitaq; cũ gemitu fugit indignata sub um
bras. Mox ubiq; populatiões factæ: Laudum & placentia sub Venetum uenit imperium. Et ut fama
constans: & una omnium lingua testatur: nisi liuor æmulorum: & felicitatis comes semper inuidia:
& hostis ua framenta ne tuis sapiẽtissimis consiliis senatus Venetus fidẽ adhiberet p insidias obstitis-
set: Mediolanũ ipsum sub Venetoꝝ iuga peruenisset: atq; inde illi uniuersæ terræ mariq; imperassent
illud tua de cõtinẽtia: integritate: inocẽtia occurrit sæculis oibus cælebrãdũ: Fabritius: curius: Aemulis

Catonibus sane conferendum:q in tanta opum auri:& spoliorum facultate:atq; licentia:cum tui locupletádi occasio:nihilo diuitior domum reuertisti. Quin pecuniæ publicæ parcus ac sobrius & ministrator maiorem in cõtinenda q̃ in adipiscéda pecunia gloriam collocasti. Nihil enim tam angusti animi esse q̃ amare diuitias: Nihil tam fortissimi q̃ illas ad liberalitatem munificentiamq; conuertere constituisti:his ipsis de causis. Strabo e græcia in Italiam nuper aduentans triumphaturus est tam illustrem nactus hospitem:p̃sertim quia certior factus est te orbe peragrato:maria:terras:portus: insulas:littora:montes:latus:flumina:de quibus dicturus est noscitare:& proinde eas tibi gratias habiturum:ut quocunq; iter & cursus aget nomen tuũ dissemmet:maxime cũ tantum opus:quod Pontifex inchoarat mácum imperfectũq; reliquerat. Magnanimus eques Iacobus Antonius Marcellus confectum & absolutum sua opera & cura reddidit. Vnde litterarũ ordinis homines: & studiorũ ac latinæ eruditionis professores perpetuo sibi etiam atq; etiam deiunxit officio.

Vnmatim extra philosophiam nõ est ipsa de situ orbis tractatio q̃ utilis. Et qui auctores attigerunt de Geographia; quod Homerus passim suo in carmine orbis descriptiõe sit usus: cui & oceanus sit cognitus; & mare mediterraneũ. Alios post Homerũ auctores fuisse de situ orbis scribétes: & locorum cognitio perutilis; & priuatim & publice ad peritiá & prudentiam comparandam: & quæ ad illa dicere sint necessaria. Auctoré ipsum non esse accusandum si de iis scribat: de quibus alii priores: cũ posterius multa ad notitiam peruenerint: quæ prioribus erant incognita. Contra Eratosthenem: de poetis mala sentienté: & laus magna poeticæ præcipue de poesi Homeri q̃ uaria sit utilitas: quanta locorum notitia & uentorum. Cõtra falso uel incomposite sentientes: uel inter se discordes probationes & argumenta: quibus auctor uerisimiliter indicat: q̃ multis in partibus terra & mare inuicé permutatæ atq; transpositæ sunt.

Strabonis Gnosii Amasini scriptoris cæleberrimi de situ orbis libri.xvii.e græco Traducti Gregorio Typhernale:ac Guarino Veronense Interpretibus.

Si ad Philosophum alia pertineat ulla tractatio:& hanc quam hoc tempore de situ orbis delegimus:considerandã illi eẽ putamus. Quod aũt nr̃a minime uilipẽdẽda sit æstimatio p multa declarat̃. Nã q eam primi attingere cõfisi fuerant tales extitere:Homerus:Anaximãder:Milesius:Hecateus cõciuis eius:ut inqt Eratosthenes:Democritus:Eudoxus:Dicearchus Ephorus. Aliq; complures. Post hos etiã Eratosthenes:Polybius: Posidonius uiri philosophi. Multa uero disciplina p quã ad hoc opus puenire põt:nullius alterius ẽ nisi eius q diuĩa & humana ualeat intueri. Quoꝝ scientiã philosophiã eẽ dicunt. Eodẽ mõ uaria est utilitas quædã ad res urbanas actionesq; principũ. Nõnulla ad cælestiũ terrestriũ rerũq; marinaꝝ sciẽtiã:aĩaliũ plãtaꝝ:fructuũ:& alioꝝ q pener uniuersos cernere fas est. Hæc eundẽ designat hoĩem: q artes uitæ ac beatitudinẽ cura & cogitatiõe cõplectit̃. Ex iis aũt q̃ dicta sũt: unũquodq; assumentes magis adhuc cõsideremus. In primis qa & nos & maiores nostri recte sumus arbitrati. Ex qbus Hipparchus ẽ q Homerũ huius peritiæ primariũ auctorẽ esse tradidit. Is nõ solum uniuersos priores:ac posteriores uirtute poetica supauit:Sed ẽt ipsa ferme reꝝ ciuiliũ:q ad uitã spectãt experientia. Ex q̃ nõ mõ singulare ad res gerẽdas studiũ adhibuit:ut plurimas cognosceret:cognitasq; posteris traderet:ueꝝ ẽt & singulaꝝ ptiũ locos:& q p cũctũ orbẽ:terrã uidelicet habitabilẽ:ac mare sũt. Nõ.n.ad extremos usq; ipsius terminos puenisset memoria circũlustrãs. Nec ipsã primũ qdẽ ab oceano allutã(sicur est)demõstrasset:deinde plæraq; loca noiatim expssit. Nõnulla uero signis qbusdã occultius isinuauit. Africã & æthiopiã:& Sydonios & Erẽbos:quos arabes Troglodytas:hoc ẽ cauernaꝝ incolas iure dixeris:uerbis eloquutus est. Qui uero adortus & occasus ptinerent obscurius significauit: q alluant̃ oceano.ab hoc enim orientẽ solẽ & in hunc occidentẽ facit pariter & stellas.

Homeri laus

Troglodytæ

Inde recens radiis iam sol percusserat arua.
Oceani lentas alti præfugerat undas.
Incidit oceano lux fulgentissima solis:
Nigrantem noctem & madidantia sydera ducens.

Ex oceano uidelicet dicit. Eoꝝ ẽt q occasũ incolunt:mortaliũ felicitatem ostendit & aeris temperiẽ. Cũ(ut uidet̃)Hispaniæ nauigationẽ itellexisset:quo & Hercules:& posterius Phœnices exercitũ duxarunt:& late impiũ tenuere.post quos & Romani. Hic enim & Fauonius spirat:hic & Elysium campũ esse poeta decantat. In quem a deis mittendum esse Menelaum asserit.

Elysii

Elysium ad campum:ultimas telluris ad oras:
Numina te mittent:flauens ubi nunc Rhadamãthus.
Victus ubi est facilis:non nix hibernaue multa
Oceanus zephyri suaues exuscitat auras.

Fortunatæ etiam insulæ cõtra Mauritaniæ finẽ ad occidentẽ sũt. Quã qdẽ ad partẽ & Hispaniæ terminus concurrit. Ex ipso aũt noĩe manifestum ẽ:quoniam & has ipsas felices existimabant.quia huiusmodi locis ꝓpinquæ forẽt. Sed enim Aethyopes ad oceanũ extremos eẽ manifestat;quod extremi quidẽ Aethyopes bifariã partiti sint hominũ extremi. Nec uero inaniter dictum ẽ bifariam partitos esse:sicut posterius demonstrabitur. Quod autem ad oceanum ait.

Fortunatæ insulæ

Aethyopes

Iuppiter oceanum atq; epulas pietate proborum
Aethyopum hesternus petit.

Quod ãt & septẽtriõalis ad ursas ora extrẽa:sit ad oceanũ hoc pacto sub uelãine đ ursa loqns: & aliđ (agẽs inqt.
Oceani sola est undarum atq; æquoris expers.

Nãq; per ursam & plaustrũ polũ demõstrat arcticũ. Nõ.n.cũ uno in loco semp apparẽti:tot circũuoluat̃ astra:solã undaꝝ atq; æquoris dixisset exptẽ adeo illũ iperitiæ minĩe dãnãt:pinde ac pro duabus ursis:unã tantũ nouerit.haud enĩ par est:alterã inter stellas nõdum collocatã extitisse. Verũ ex quo phœnices annotauerunt:& ad nauigationẽ eis utebant̃:hanc quoq; distãt iã ad Græcos accessisse;quẽadmodũ & Berẽices Cesariẽ & Canobũ;cuius nomẽ hesterno die aut pridie uulgatũ est. Cõplures ẽt hoc tpe absq; noĩe;ut iqt Aratus sũt. Crates igit̃ nõ recte scribit:solus æquoris exps. Nõ fugienda fugiẽs. Melius Heraclitus & magis Homero cõsonãs q ꝓ circulo arctico arctõ.i.ursam nominant. Auroræ.n.& uespe termini fit ursa:& ꝓ ursa sereni Iouis termĩus. Nã nõ arctos sed arcticus ipius ortus & occasus ẽ terminus. Per ursã.n.quã & plaustrũ nũcupat:& Orionẽ seruare dicit: arcticon sane declarat. Per oceanũ ãt horizõtẽ in quẽ & a quo ipsos occasus ortusq; cõficit. Cũ uero illic uerti:& oceani prorsus exptẽ esse diceret ad signũ horizõtis;q maxime accedit ad arctõ:circulum eẽ nouit articum. Consequenter autem huic illud poetæ applicantes: id horizontem accipere debemus: quod in terra propinquius est oceano. Ipsum uero circulũ arcticũ q terrã attingit propinquitatis signũ:uelut ad sensum secundũ propinquissimã portionẽ ad arcton. Quocirca & eã ptem terræ oceanus p seipsum inũdat;& septẽtrionales maxime agnouit hoĩes;quos noĩatim qdẽ haud sane cõmonstrat. Nec dũ.n.hac etiam ætate cõmune illis nomen uniuersis inditum est. Cæterum a uiuendi ritu

Arctos plaustrum

Horizon

Nomades

illos æloquitur Nomadas,i.in pascendo pecore assuetos:& eos nobiles equas mulgentes:lacte uescẽres:& locupletes describẽs. Alioqn oceanũ terras circuire demõstrat:cũ Iuno hunc inqt in modũ.

Ibo ut telluris almæ confinia spectem.

Oceanum

Oceanumq; deum genitorem.

Terminum enim cunctis assuetum obseruari dicit oceanum:nouissima uero ambitus circũcingit:& in fabricandis Achillis armis & clypeo:circa eius oras ponit oceanum. Eodem etiam pertiner diligens illa inquisitio:q; euntis & redeuntis oceani æstuaria nequaq̃ ignorauit. Vt modo cãpos inundet:modo nudet arescentes:quum refluum memorat oceanum.

Terq; die scandit refluens:ter surripit undas.

Oceani fluxus

Et enim si non ter sed bis accidit:ex accidente forsitan historia:aut aberrante descriptione. Cæterũ eiusmodi fuit institutio:& illud oceani lentas dicens undas:quandam inundationis habet expressionem:quæ accessum quidem lenem:non fluxum omnino uehementem habeat. Posidonius cum scopulos interdum tectos:interdum nudatos dicat:& flumen appellet oceanum:eius fluxum & inundationes demonstrari suspicatur. Primum quidem recte:secundum uero nulla cum ratione dictum est. Non enim ipsa inundationis accessio fluuiatili cursui comparanda est:longe magis nequaq̃ talis est ipsa regressio. Quod Crates ait:quippiam uerisimilius docet. Altifluum enim ac refluum. Eodemq; modo totum oceanum flumen appellat. Flumen etiam partem aliquam dicit oceani & fluminis fluxum non quidem totius sed partis:quum hunc inquit in modum

Oceani fluxum fluuii cum cymba reliquit

Atq; uagi late maris aduentauerat undam.

non uniuersum:sed fluminis fluxum in oceano dixit partem oceani existentem: quam refusionem quandam:sinumq; ab hyemali tropico in australem polum procedentem:Crates dixit hunc sane relinquens aliquis:in Oceano adhuc esse posset. At uero totum relinquẽs ut in toto adhuc sit:fieri minime potest. Sic autem inquit Ho.

Deseruit fluuii cursum:maris iuit ad undam.

Terra est insula

Quod certe aliud:q̃ Oceanus non erat. Itaq; si aliter accipias:efficitur ut oceanum egressus in Oceanum ueniat. Verum hæc longioris indigerent immorationis. q; autem habitabilis terra sit ĩsula:primum a sensu atq; experientia capiendum est. Nam quocunq; accedere mortalibus ad terræ nouissima possibile factum est:mare obuenit:quod Oceanum appellamus:ubi uero sensu percipere nõ obtigit:ratio ipsa demonstrat. Latus nãq; ab oriente:quod ad Indos pertinet:& ab occasu quod ad Hispanos:& Mauritanos:ut plurimum ab australi parte:ac boreali nauigatiõibus ambitur. Reliquum ad hanc usq; tempestatem:nobis eam ob rationem innauigabile:quia qui circumnauigent:& inter se obuiam commisceantur nulli admodum sunt. Non multum e[illegible] ex mutuis eorum distãtiis

Athlanticũ pelagus

Isthmos

componat:ad quos permeare nobis licet. Nec uero pelagus Athlanticum bimare esse putandum est quod prominentibus anguste distinguitur frontibus:sic enim Isthmos uocant:quibus nauigatiõis ambitus prohibeatur. Sed in unum potius continuatum confluit. Nam qui nauigiis circũire conati sunt:cũ inde reuertissent:haud ullam sibi terram continentẽ occurrisse phibẽt:qua ulteriorẽ impediente nauigationẽ:sese reiectos fuisse dicerent. Vez p ambiguitatẽ indigentiã:& solitudinẽ:cũ nihilo minus mare cursũ hẽret:ac trãsitũ:pq; oceano accidẽtes casus undarum. f.accessus atq; recessus amplius confessum est. Idem igitur permutationũ ubiq; modus existit:incrementorum inq & diminutionum:uel non multum uarians. Perinde ac uno ex mari causa una:& motus unus edatur. Hipparcho fides habenda non est:qui huic opinioni contradicit:ut Oceano similia prorsus non accidãt neq; si detur concedatur istud:sequatur illud:ut Athlanticum pelagus uniuersum circũcirca confluens sit:ad hoc ne similia accidant. Seleuco Babylonio teste utitur. Nos autem maiorem de Oceano ex inundationibus rationem Possidonio & Athenodoro reponimus:qui factas hisce de rebus disputationes abunde peruicere. Impræsentiarum autem tantum dicimus:quod ad accidentium similitudinem sic existimare satius sit:quod cælestia melius exhalationis hinc teneantur:si amplius circũfusus humor existat. Sicut autem extrema:& terrarũ ambitum poeta nouit:& aperte disserit: sic & mare internum. Hoc autem a Columnis incipiens Africa continet: & Aegyptus & Phœnice. Deinde

Oceani partes

ipsam ambiens Cyprum. Inde Solymi, Lycii, Cares. Post hos uero inter Mycalen: & Troadis littus: & adiacentes insulæ. Quarum mentionem facit omnium. Inde earum quæ circa Propontidem. Tum euxini usq; in Colchorum agrum:& Iasonis expeditionis. Et item Bosphorum Cimmerium

Cimmerii

agnouit. Cum & Cimmerios sciuerit:non utiq; Cimmeriorum cognitum habẽs nomen:ipsos ignorauit qui eius ætate:uel paulo ante illum: totam e Bosphoro ad Ioniam usq; terram discursarunt. Eorum igitur agri clima insinuans attingit. Quod tenebrosum est: & sic memorat. Aere ac nebula cooperti sunt.

Illis sol nunq̃ phaethon sua lumina spargit

Perniciosa super nox semper tenditur istis.

Thracia

Notum facit & Istrum. Thrasiam Mysorum gentem memorãs:quæ penes Istrũ habitat. Inde maritimam totam:quæ Thracia est:orã usq; ad peneum. Peones etiã nominat:& Athon:& Axium: & uicinas illis insulas. Deinceps est ora Græcorum maritima usq; ad Thesprotas:cuius uniuersæ mentio-

bem facit. Et Italiæ ꝓmontoria nouit: eam mediá uocans. Scit etiam Siculos & Hispaniæ promonto (Peones)
ria: eiusq; felicitaté: quá nuper diximus. Siqua uero interdicendũ uidebunť omissa ignoscendũ erit. (Italia)
Ná qui terræ descriptioné te uera exponit: si multa pticulatim omittit: uenia cõcedenda ei est. Siq; p
historiam: doctrináq; differendis fabulaméta nonnulla implicentur. Absint aũt querelæ & ĩcusatio.
Haud enim illud Eratosthenis uerꝝ est. Poetas omnis non docédi: sed oblectandi gratia coniecturis (Poetica qd)
agere. Cõtra uero sapiétissimi q de poeticis quicquá æloquuti sunt: primá quádá philosophiá poeti-
cam esse asserunt. Sed aduersus Eratosthenem longiore sermone denuo differendũ erit. In quo & de
poeta rursus habebitur oratio. Nunc quæ de partibus descriptionis terraꝝ Homerus orsus est dice
re memorata sufficient. Manifestum est: eos qui illum sequuti sunt: eximia dignitate uiros: & philo-
sophiæ intimæ deditos extitisse. Ex quibus post Homerum duos tradit Eratosthenes: Anaximan- (Anaximander)
drum Thaletis familiarem & conciuem: & Hecateũ milesium. Illú quidem prius de situ orbis descri
ptam edidisse tabulá. Hecateũ uero codicé reliquisse. Sic eni ex alia eius scriptura ab eo scriptũ fuisse (Hecateus)
traditur. Verũenimuero: q ad hæc multiplici opus disciplina sit: frequentes auctores. Bene & Hip-
parchus in iis quæ ad Eratosthenem scribit edocet: quod unicuiq; tum priuato: tum doctrinarũ cu
pido: cum terrenæ descriptionis notitia pertineat eam capessere sit impossibile absq; rerum cælesti
um & Eclipticarum obseruationum discretione. Sicut Alexandria Aegypti deprehendi nequit: utrũ (Alexãdria)
magis q̃ Babylonia in septentrioné: q̃ in austrum sit exposita: nec quanta sit earum distantia sine cli (Babylon)
matum consideratione. Simili modo urbes ad orientem & ad occasum magis minusue accedentes:
nullus diligenter sane dignosceret: nisi per Eclipticas solis & lunæ comparationes ubi & hæc dicit.
Quicunq; locorum proprietates edisserere nituntur proprie rem attingunt quum celestium terræ- (Geographi)
striumq; mensurarum figuras & magnitudines: & interualla: & climata: & calores: & frigora & sim-
pliciter aeris naturam manifestant. Quando quidem & qui domicilium apparat ædificator: & qui
oppidum construit architectus: hæc ipsa prouideat: nedum qui uniuersum terraꝝ situm homo aio
uerlat. Huic enim longe magis attineat. Nam exiguis in locis siue ad septétriones: siue ad austrũ uer
gant non multa habetur permutatio. In toto auté orbis ambitu: quod ad septentriões usq; ad extre-
ma est: uel ad Scythiam: uel ad Galliam pertiet. Quæ uero ad austrum: usq; ad Aethyopum ultima:
hoc aũt differétiam habet plurimam: pari etiam modo ad Indos & ad Hispanos habitatio: e quibus (Indi)
illos ad orientem maxime: hos autem ad occasum inclinari scimus omnes. Sic & antipodas inter se (Hispani)
quodammodo esse nescii non sumus. Tale autem hoc totum ex solis: reliquorumq; syderum motu (Antipodes)
ortum habens: & adhuc agitationis ad medium: uel cælum suscipiendi necessitatem habet: & ad ea
quæ in cælo unicuiq; nostrum appareant. In his aũt ingentes habitationũ uarietates cernunť. Quis
igitur locorum differentias exponens bene ac sufficienter edoceat: nullam aut ne tantillam quidem
illis curam adhibens: Et enim si uniuersa pro huiusmodi materia diligẽter rimari nequeá: cũ ea ma-
gis ac magis ciuilis exstat: tantum saltem prosequi: quantum ciuili pertinere queat hominu iure con
uenire uniq;. Qui enim in sublime sic cogitationem extollit nequaq̃ a tota absens est terra. Ridicu-
lum náq; uidetur: siquis orbem terraꝝ explanare dilucide cupiens cæli res attingere: & eas ad doctri
nam usurpare audeat: terrá aũt totá cuius quod habitať una pars est: nec quáta: nec qualis sit: nec in
quo totius mũdi loco sita sit: exponere curet. Neq; si una tantũmodo parte quo ad nos: seu pluribus
habitetur: & quanta pari modo q̃ multa illius inculta est portio: qualisq;: & quam obrem. Hæc igiť
Geographiæ species cuidá reꝝ sublimium: & geometricæ tractationi uidetur esse cõiuncta: quæ sic (Geographia)
terræna cũ cælestibus in unũ cõiungit: ut propinqua maxime existétia. Sed nõ longinqtate tantum
distent: quantũ a tellure cælum absit. Eia tantæ discédoꝝ multitudini terrænã apponã disciplinam
sicut animátiũ: plátaꝝ: & cæteroꝝ quicqd utile & inutile terra gignit & mare. Nam plauius atq; cui
dentius fieri posse quod dixerim arbitror: qđ qsqs talé pceperit notitiam: ei non mediocris afferetur
utilitas. Id cũ ex uetusta memoria: tum ex oratione ac ratiõe manifestať. Poetæ igiť heroas illos sin- (Heroes)
gulari præditos sapiétia fuisse declarát: qui ad multa peregrinantes loca longis uagabanť erroribus.
In amplissimo enim ponunt: multoꝝ mortaliũ urbes uidisse: & prudentiá agnouisse. Nestor ipse glo
riatur quoniam inter Lapithas uersatus fuerit. Aduentans longinqua ex tellure: uocatus uenerat ipse
& enim uocitantibus illis. Itidem & Menelaus.

Atq; uagans Cyprum: phœnicem ægyptiaq; arua:
Aethiopesq; adu:tum Sidonios: & Erembos:
Et libyen: ubi sunt longis cum cornibus agni. (Agni libyci)
Adiecit & agri propriam ubertatem.
Ter pecudum fretus largum funduntur in annum. (Libycæ oues)
Et in ægyptiis thebis inquit & illud
Plurima frugiferum donat cultoribus aruum.
Has centum claudunt portæ, tum quæq; ducentis (Thebæ ægyptiæ)
Porta uiris seruatur: equis uectantur & altis
Curribus. Omnia. n. huiusmodi magnũ ad capessendá prudentiá cõparant adiumentũ: quum regio-
nis ĩgenuũ animaliũ: & plantaꝝ formæ ac species pdiscunť. Maritima ẽt apponi licet. Gemino náq; (Geographiæ bona)
quédam in modũ cõstamus: ex uictu: nec terraꝝ magis sumus q̃ maris ĩcolæ. Herculé quoq; p mul-

tam peritiam:& perspicientiam appellari licet ingentium perspectorem:& cognitorem operum &
sane uetusta iam ex memoria:atq; sermone nostro ab initio dicta testatur. Egregie uero ille ad præ-
Orbis situs utilis est — sens istitutum sermo mihi uidetur adduci:q; situs orbis descriptio est ad ciuiles usus maiori ex par-
te conducens. Rerum nanq; gerendarum campum mare explicat:præstat & terra:quam incolimus
Exiguarum quidem exigua. Magnarum uero magna:Maximarum autem uniuersa:quam habitabi
Imperatores excellétissimi — lem uocamus:aut orbé:ut amplissimaꝝ qdé actionú hic ipse sit locus. Excellétissimos autem impe
ratores illos extitisse cóstat:q terræ ac maris iperiú adepti:nationes ac ciuitates sub uná potentiam:
gubernationemq; ciuilem cogere ualuerunt. Haud igitur dubitādú est terræ descriptionis notitiá:
Geographia quid — quam Geographiá dicimus oés ad imperatorias actiones adducere in terra continenti cuncta dige-
renté:atq; maritimis:& q intra orbé:& quæ exterius existunt. Prætereaq; iis utilem eius dispositio-
nem:quorum interest nosse:hoc sese habere mō uel aliter. cognitióe posse aut nō posse deprehendi.
Singula eni ii melius ptractarent:q quáta sit regio:quonámodo iaceat cognouissent:quasq; cæli dif
ferétias:& quas in se ipsa contineat:cú aliis alii in ptibus ualeant:& alia de causa:atq; primordio res
antegerédas aggrediant:& iperii magnitudiné extendant:nec ratióe pari:aut illis cuncta pernoscere
licet,aut ipsis ét terram pingentibus. Cæterum multo magis aut minus in ambobus hisce cóspicit.
Vix enim cuiq; æquali modo cuncta manifesta esse contingerent:& si orbis uniuersus unum sub im
periú:statúq; ciuilé subducat. Sed ne hoc quidé pacto eueniret:quin propinquiora notiora fierent.
Hæc tamé pluribus exprimere cóueniret:ut nota essent. Ista uero prope usum ac necessitaté magis
sunt. Itaq; minime mirandú esset si alius loci descriptor Indis attineat:alius Aethiopibus: alius Græ
cis:alius Romanis. Ná qd attineat Indiæ descriptori sic Boeticæ ptis æloqui:Sicut Homerus inquit
Quiq; colunt Hyriam lapidosamq; Aulida:Choenonq; Ac scolon. Nobis auté conuenit:quæ uero
apud Indos sunt:quæue apud singulos:non etiam utiq; conuenit. Haud enim usus adducitur & uti
litas. Nam maxime talis experiétia mensura efficitur:hoc & in pusillis manifestum est: quéadmodú
in uenationibus. Et enim q syluá qualis & quáta sit noscitat:melius uenationes instruit. Et in loco
bene castra locaret. Insidias poneret:& iter faceret is qui locos intelligit:id aút & in magnis longe di
lucidius est:quanto maiora sunt peritiæ præmia:& imperitia defectus. Agamemnonis exercitus cú
Mysiam,uelut agrú Troianú populatus esset:magna cú ignominia retro cursum egit. Persæ autem
& afri traiectus aquarum quosdam & freta:uelut nauigatiōis angustias esse suspicati parum abfuit:
quin magna incurrerent pericula. Ignorantiæq; suæ reliquerunt trophea. Illi quidem Salganei mo-
numentum penes Chalcidis Euripum:quem Persæ ideo iugularunt tanq ex Malea ad Euripú suæ
classis cursum improbe direxisse:tihi uero Pelori sepulchrú: qué & ipsi similé ob causam necauere.
Naufragiis etiam a Xerxis exercitu Græcia referta est. Bolicorú & Ionicorú Colonia q plura huius
generis errata præbuit:& res itidem prospere gestas:ubi per locorum peritia illustria cóplura gessis-
se facinora contigit. Sicut Ephialtes ad angustias Thermopylarum leonidæ cómilitones Persarum
manibus tradidisse fertur:& Barbaros intra Thermopylas accepisse:cú hostibus per montana semi
tam ostendisset. Omittés uero antiquitatis exempla:Romanum hoc tépore aduersus Parthos exer-
citum:idoneum satis harum rerum documentum esse arbitror. Simili modo & expeditionem í Ger
manos:atq; Gallos:cú intra paludes:& difficiles accessu syluas:& loca deserta:Barbaries illa bellige-
rasset,& quæ erant propinqua:longinqua:locorum ignorantia faceret:uiasq; occultaret & commea
tuú:& cæteraꝝ rerú copiá. Et hoc quidé quod amplius est:ut diximus:ad Imperatoꝝ uitas usumq;
conducit. Insuper maior moralis & ciuilis philosophiæ portio:circa principum uitas uersatur. Cu-
Mōarchia — ius rei signum est:q rerum urbanarum differentias a principibus discernimus. Alium quidem Mo-
Aristocratia — narchiæ principatum ponentes:quem regium uocamus. Alium optimatum potentatum:idest Ari
stocratiam. Tertium regimen populare:idest Democratiam. Tot ciuilium rerum moderamina cen-
Democratia — semus esse,iisdem uocabulis nominantes:ut ab illis faciendæ speciei principium habétia. Alia enim
lex est Regis iussio. Alia uero optimatium,& alia deniq; popularis. Rei uero ciuilis forma & figura
Lex — lex est. Quamobrem iustum nonnulli asseruere:potentioris esse commoditaté. Quod si ciuilis phi-
Geographiæ bona — losophia utplurimum circa principes uersatur. Est aút Geographia circa principales usus: ac necessi
tates:& ipsa quampiam ad hoc prærogatiuam haberet. Et ista quidem prærogatiua ad actiones est:
habet autem contemplationem profecto nō uilem ipsa tractatio. Aliquam quidem arte:disciplina:
natura:captabilem. Alteram uero in historia fabulisq; positam:nihil ad actiones existentem. Veluti
siquis Vlyssis:aut Menelai:aut Iasonis errores enarrauerit:ad prudentiam nullum sane conferre ui-
deatur adiumentum. Quod agés ipse pquirit,nisi eoꝝ:q facta sút:necessarioꝝ utilia pmisceant exé
pla. Institutioné attamé haud illiberalé secernit ei:q ad locos applicet:fabulosa figméta pbétes.&,n.
q actionibus:gloriæ:aut uoluptatis cá intédút:hoc perquirút. Cæterú non per multú Maiore náq;
(ut par est)maior huius:q illoꝝ utilitatis studio tenentur. Quocirca ei qui terrarum descriptor est
Geometria — maior huius:q illorum cura suscipiéda est. Similiter & de historia & de disciplinis sese res habet. Ex
Astronomia — his enim quod utile magisq; credibile sit:ante omnia capessendú est. Maxime aút tali materiæ Geo
metria:& astronomia(ut dictum est)opus esse uidetur. Et re uera opus est. Nam figuræ:climata:ma-
gnitudines:& alia huiuscemodi propria sine illarum scientia deprehendi nequeút. Sed quemadmo-
dum ad totius terræ mensuram pertinentia in aliis demonstrantur: hic uero supponenda sunt &

credenda:quæ illic demonstrata fuerint.Supponendum & mundi formã esse rotundam: & rotundã
terræ supficié.Id etiam ante ista:corpo_x.s.cursum ad mediũ desern.hoc solũ in sensu est:qui cõmu-
nium animi conceptionũ propinquus est.Siquidé ea designanti summam procul parua submoni-
tio est.Sicuti ꝙ terra rotũda est ex motu.Nam ad mediũ ueluti etiam unũquodq; corpus ad idoneã
eius conseruationem inclinat.Ex iis auté quæ per maria & cælũ apparent prope.Sensus enim testi-
monio esse potest conceptioq; cõmunis.Nauigantibus autem manifeste incuruatio maris intercur-
rit:ut longe lucétibus quæ pariter elõgant̃:iis uisum applicare nõ possis.Amplius auté supra uisum
eleuata apparuerunt:nõnihil ab eo magis distantia.Similiter & ipse altius eleuatus: ea quæ prius oc-
culta fuerant aspicit:quod & poeta declarat.Nã illud tale est:Fluctibus elatus uisu ꝓspexit acuto.Ad
nauigãtibus etiã semꝑ magis:ac magis partes terrarũ enudant̃:& quæ ab initio humilia uidebantur:
magis extollunt̃.Ipsa etiã cælestiũ cõuersio:cũ alioquin manifesta sit:ex ipsis quoq; gnomonicis pa-
tet.Ex iis enim cogitatio statim intẽdit.Nã si radicata in infinitũ terra esset:nõ utiq; talis circuncur-
sio cõtingeret.Et quæ ad climata ptinẽt:per habitationes demonstrant̃.Nunc uero in promptu nõ
nulla captanda sunt.Et hæc quidé quæcũq; ciuili:& exercituũ ductori conducũt.Neq enim si cæli
partes:& terræ sitũ ignorare oportet:ut cũ aliqua multis apparere in cælo solita:pro locis permuta-
ta fuerint:perturbatione teneat̃:& talia loquat̃.

Me latet o socii tenebræ locus:aut ubi eous:
Aut ubi sol terras subeat:dans lumina mundo.

Aut ubi cõscendat.Nec adeo accurate rimari:ut oĩmodis passim coniunctim ortus: coniunctim &
occasus:coniunctim & medios cæli meatus & polorũ eleuationes agnoscat: & quæ ad uertice signa
sint:& quæcunq; huiusmodi secundũ Horizontis transmutationes pariter & septẽtrionis uarietates
Hæc uniuersa nota habere:quæ partim aspectu partim natura pateant.Verũ aliqua nec omnino cu-
randa:nisi philosophiæ cõtemplationis gratia.Quibusdamq; fides adhibeda:licet ꝓpter quid intue-
ri non possint.Hoc enim est solius philosophantis officium.Ciuili autem homini tale non impertit
ocium.Aut nõ omni tempore.Eum tamen qui in hac descriptione uersat̃: neq; adeo simplicem: ru-
demue:neq; adeo inertem esse uelim:ut neq; sphæram intueat̃:neq; illius circulos:quosdam paralle-
los & inter se mutuo distãtes.Aliquos ex ipsis rectos:aliquos obliquos:neq; tropicorũ:neq; æquino-
ctialiũ:nec signiferi situm:per quem solis cursus uertitur.Doceatq; climatum & uentorũ uarietates.
Hæc enim & quæ ad Horizontis attinent:& ad arcticos & reliqua:quæcunq; in prima disciplinarũ
introductione traduntur.Siquis aliter intelligit:quonam modo ea:quæ hic dicuntur assequit̃.Qui
neq; rectam lineam:neq; curuam:neq; circulum nouerit:neq; sphæralem superficiem: neq; planam:
nec in cælo septẽ maioris Vrsæ stellas:nec aliqua talia omnino prædoctus:is uel huius minime tra-
ctationis indigeat:uel nequaq̃ hoc in tempore.In illis auté prius obseruatus sit:sine quibus huic ter-
ræ descriptioni familiaris esse non poterit.Simpliciter hoc uolumen publicum:ciuile:ac passim uti- Geographia utilis est
le putamus:sicut & historiæ descriptionem.Illum enim ciuilem hominem dicimus:non quidé proi-
sus indoctum:sed qui circularis disciplinæ ac homini libero:ac studioso consuetæ partem attingit. Ciuilis homo
Nec enim laudare nec uituperare:nec res gestas memoratu dignas diiudicare posset is: cui uirtutis
ac prudentiæ:earumq; rationum cura nulla extitit.Eodem modo qui circa portus:& nauigandi am-
bitus negociũ suscepere:imperfectam facere considerationem nisi & doctrinarũ mathematicarum:
& cælestium partes adiecerint:quas applicare conuenit.Itaq; cum historiarum commentaria confe-
cerimus:ad moralem & ciuilem philosophiam(ut arbitramur)non inutilia & hanc addere compila-
tionem decreuimus.Hæc enim eiusdé generis est & ad eosdé uiros attinet maximeq; in fastigio col-
locatos:& hic indé & illic.Quæ enim ad clarissimos in uita hoĩes inscribuntur:memoriæ cõmenda-
tioné assequuntur.Quæ auté exigua & ignobilia sunt:relicta iacent:hinc etiã pusilla:obscura:& cla-
ritatis expertia omitrent̃.In his autem immorabimur in quibus negocium ipsum cõmemorationis
iucunditatem affert:cum & magnitudine excelluent & gloria.Qualiter in statuis contingit ardius:
in quibus non efficta particulatim diligenter inquirimus:sed operi magis intẽdimus uniuerso:q̃ sin-
gulis partibus:q̃ bene sint expressæ.Sic & in his faciendũ est iudicium.Hæc siquidem & quædã sta-
tuæ fabricatio est:quæ magna quonam modo & in toto se habeant æloquitur.Nisi negociosum ho-
minem & sciendi cupidum:quippiam ex illis mouere ualeat:quod propositum opus sapientiæ inda-
gatorem:& studiosum deceat hominem.hæc ita dicta sint.Si uero ante nos compluribus æloquutis
& ipsi eisdem de rebus dicere aggrediamur:absint querelæ:cum non omnia eundem in modum dis-
feramus.Cæteros enim quicquid aliud recte effecerint:aliam non paruam operis parté omisisse pu-
tamus:ad quos quum paululum addere possimus:non inepta sane conatus nostri uidebitur occasio
Nam & Romanorum & Parthorum potentia magnam huius experientiæ portionem hominibus
ætatis nostræ præstant.Sicut & posteritati illa Alexandri magni expeditio(ut ait Eratosthenes) Ale- Alexander
xander enim magnam Asiæ partem nobis aperuit:& boreæ incolas omnis Europæ: usq; ad Istri ri-
pas.Romani uero quæ ad occasum uergunt:Europæ singula usq; ad flumen Albin: qui duo in spa- Albis fluuius
tia Germaniam diuidit:quæq; trans Istrum usq; ad amnem tyrã.At uero ulteriora:usq; ad Mæotidé Germania
& nouissimam Colchorum maritimam Mithridates cognométo Eupator:cognita fecit: eiusq; præ-
fecti.Parthi autem Hyrcanos & Bactrianos:& ultra eos Scythas notiores nobis reddiderunt:cũ an- Eupator

Marginalia: Mundi forma · Terræ forma (beside lines 1–4)

tea maioribus nostris minus noti fuissent. Ita ut quicquid amplius: q̃ superiori ætate nouerat me-
moriæ mandaremus: hoc maxime uidere licet ex iis uoluminibus: quæ ad ueteres scripta reliqua-
re. Liquidē q̃ Prisci minus aberrauere p̃cipue post Eratosthenē. Et ille ipse qui quo maiore fuerant
eruditiōe p̄diti: eo difficilius a posterioribus increpari potuerūt: siq̄d dicēdo peccauere. Quod si eis
quos cæteris in rebus maxime sequimur necessario cōtradicendū erit: cōcedēda nobis uenia fuerit.
Haud enim oībus cōtradicere institui. At u omittēdi: quos ut sectemur arbitramur indignos. De il-
Qui nā reprehēdētis Eratosthenes — lis faciendū est iudiciū: quos maxima ex parte rectissime scripsisse nouimus. Quando quidē non in
omnis sapientiæ studio certare dignū est: Sed aduersus Eratosthenē: Posidoniū: Hypparchum: Poly-
biū: & alios huius generis honestū est. Cōsideremus in primis Eratosthenē: & simul aduersus illum
Hypparchi descriptionē adiicientes. Nō adeo discurri facilis est Eratosthenes: ut nō Athenas illum ui
disse dicat. Quod polemo demonstrare nitit. Nec ipsi tantum fidei habēdū est: ut plærisq; acceptus
est: licet (ut ipse inquit) inter bonos uiros plurimosq; uersatus esset. Hac enim ætate inqt: sicut alias
Arcesyl — ūq̃ unū intra septū unāq; urbē florētes extitere philosophi Aristonis æquales & Arcesilæ. Hoc ue-
Ariston — ro minime satis esse arbitror: Sed q eos bene iudicet: q̄bus accedendū est. Is autē Arcesilan & Aristo-
Apelles — nē, oīum q eius ætate floruerūt principatū uindicasse ponit. Cui & Apelles multus est: & Bion: quē
Bion — philosophiā quandā primū cōplexū esse ait. Attamen sæpenumero quādā ad hoc ipsum dixisse; q̃lē
ipsam exptusa lacerna Bion. In hisce nāq; sentētiis sufficiētē debilitatē īgenii eius satis ostēdit q Ze-
noni Citiæo notus Athenis est factus. Eoꝝ uero q ei successerint meminit neminē. Illi aūt aduersat
tes cōplures: quorū̃q; successio nulla seruat: Ipsos ea tēpestate floruisse dicit. Manifestatq; is etiā: qui
de bonis ædidit tractatus: & declamationes. Et siqua alia talia huius doctrinā: q̄d inter philosophari
uolentē: & hanc p̄fessionē formidantē medius tergiuersatus est: ad ostentationē quandā usq; dūta
xat p̄gressus: seu trāsgressionē hāc ab Circularis aliis adeptus: ad īstitutionē: aut ad disciplinā. In cæ-
teris itē quodāmodo talis est. At missa faciamus illa. Impresentiaꝝ enitēdū est pro uiribus: ut terræ
Poetica q̄d — descriptionē emēdemus. Ac primū quod a nobis nup suppositū est. Poetā inquit: nō q̄dē docēdi: cæ-
teꝝ delectādi gratia: oīa cōiecturis asseq. Antiq uero cōtra: qui poeticā primā philosophiā quandam
Poeta — esse p̄hibēt: quæ ab ineūte nos ætate ad uiuēdi rationes adducit: quæ mores: quæ affectiōes edoceat:
quæ res gerēdas cū iucūditate p̄cipiat. Posteriores uero solū poetā ipsum sapiētem esse asseruerunt.
Quāobrē Græcoꝝ ciuitates ab ipso primordio coꝝ liberos in poetica erudierūt: nō nudæ utiq; uo
luptatis: sed castæ moderatiōis gratia. A qua q̄dē ipsi musici cantus: & lyræ & Tybiaꝝ modos edocē
tes: hāc sibi uirtutē uendicāt: Seq; moꝝ magistros: & emēdatores esse p̄fitent. Hæc ipsa nō modo a
Pythagoricis audire licet. Veꝝ etiā Aristoxenus huius est sentētiæ. Et Homerus Cantores castigato [illegible]
Clytemnestra — res appellauit: sicuti Clytemnestræ custodem illū.
Cum troiā peteret: cui plurima mandat Atrides
Tutari thalami sotiam.
Aegisthus: — Nec uero Aegisthus prius illā superate ualuit: q̃ cantorē abigens deserto in littore liquit
Assensamq; uolēs ipsas perduxit ad ædes.
Præter hoc Eratosthenes sibiipsi repugnat. Nam paulo ante q̃ suā æloquat sniam: ptima de geogra-
phia uerba inchoans. Oēs inqt initio gloriari: ut de rebus huiusmodi suā in mediū afferant p̃ceptio-
nē: igit Homeꝝ quæcūq; de Aethiopibus didicisset: in poeticæ suæ uolumine collocasse. Et itē de
ægipto: & Africa. Quæ uero p Græciā: & loca maritima p̃ceperat: accurate uehementer extulisse: cū
diceret Frequētes fert Tesba colūbas. Et Hærbosamq; aliartō, & extremā Anthedonē Lilæamq; Ce-
phessifontē. Nec adiectionē ullā inaniter locis apposuisse. Vtrū igit uates qui ista canit: delectare: an
Poeta quid agit — docere uelle uidet? docere p Iouē. Veꝝ ea hūc in modū ille tradidit. Illa uero quæ extra sensum sūt:
& hic ipse: & alii monstrosis ipleuere fabulamētis. Hoc itaq; modo dicendū erat q quisq; poeta alia
ad oblectandū aīum solū: alia uero ad erudiendū p̄fert. Is aūt intulit nō q̄dē eruditiōis: sed uolupta-
tis causa solū. Insup & aliis operosius adiecit: pcontatus quidnā ad poetæ uirtutē cōferri pōt: q loco
rū cōplurimū peritiā cōtinet uel militaris disciplinæ: uel rei rusticæ: uel artis dicendi: uel qualia nōnul
li illi uēdicare & attribuere uoluerūt. Oīa itaq; illi uendicāda quærere: amentis ostētationē & iactā-
tiā posueris. Veluti siq̄s (ut inqt Hypparchus) eresionē. i. ramalia obiurget attica pendentibus qua-
quauersum oīs generis pomis: & quæ mala & pyra nequeūt producere: sic oēm illius disciplinā car-
Poetica q̄d — pat omneq; artificium: hoc sane recte dixeris o Eratosthenes. Illa uero nō recte: q tantam ab eo rerū
Poetices bona — notitiā auferas: & poeticam anile quoddā fabulamentum esse desinias. Cui quodcunq; censuerit uo
luptatis causa fingere proprium est. Nunquid & poetarum auditoribus nihil confert ad uirtutem:
ut locoꝝ multorum & militiæ & agriculturæ & Rhetoricæ gnari existant: quæ ipsa audiētis maxi-
Vlyssis laus — me præceptio uendicat. Verū hæc tamen omnia Vlyssi poeta tribuit: quem ante omnis omni in ge
nere uirtutum ornatum esse cecinit.
Oppida multa adiit: fuit huic sapiētia nota.
Hic etiam ille est.
Consiliū: uariosq; dolos qui nouit & artes.
Hic est quem urbium populatorem semper appellat: qui consiliis Ilion & arte: & astutia, & facundia
cæpit. hic est quo sequente ardētis more incendii refugimus ambo. Vt Diomedes ait. Qui quidem

in agricultura tantopere gloriatur in messe:in hærba curuam tenerem falcem:& frumentũ haberes
& in oratione me spectes longum scindens cum duxero sulcum.Nec uero Homerus hisce de rebus
sentit:& nõ reliqui doctrina præditi:eo poeta rectissime dictante teste utunt:utpote huiusmodi pe-
ritia ad prudentiã tendẽte maxime.Illa uero æloquẽtia utiq; in orãdo uersat:quã in oĩ poesi ostẽdit
Vlysses in tentãdis aĩs in rogationibus in legatiõe:in qua illud uates æloquit. Vlyssis æloquẽtia

Quom uero ingenté misit de pectore uocem:
Instar erant hymbris fluitantia uerba niualis.
Mortalis nemo contenderet alter ulyssi.

Quis igit poetã qui alios oratores:alios ĩperatores:alios reliq̃ uirtutis opera demonstrantes decen-
ter inducat:nugatoré quempiã & histrioné esse putet:qui auditoré magnificis tantũ miraculis affi-
cere:& assentationibus demulcere ualeat:cũ nihil afferre queat adiumenti?Nũ poetæ uirtuté aliam Poetæ uirtus
dixerimus:q̃ quæ uerbis ad imitandã uiuendi rationé excitaret?Quonã uero modo is imitaret: qui
uiuẽdi rationis imperitus & insipiens foret?Non enim sicuti uel fabrorũ:uel ædificatorũ: ita & poe-
tarũ uirtuté esse memoramus.Sed hanc quidé nihil boni:nihil honesti cõtinere.Ipsa uero poetæ uir
tus & hoĩs bono cõiuncta est.Nec uero poetã bonũ esse posse:nisi prius uir bonus existat.Qui auté
Oratoriã dicẽdi uim poetis eripit:nobis nõ modo eã minime cõcedere: sed & nobis nos haud quaq̃
indulgere uidet.Nam quid æque oratoriũ est:atq; æloquutio?Quid porro tam poeticũ?Quis Ho-
mero præstãtior ad æloquendũ?Mediussidius.Verũ alia est poetica æloquutio:& utiq; priuatim:ac
prope dicendo:atq; in ipsa quidẽ poetica Tragica continet:& Comica:& in oratione soluta historia Orõtis species
iudicialisq; disceptatio.Nunquid nõ genus est oratio:cuius species sunt metrica:atq; soluta?uel ora-
tio quidé generalis est.Verũ Rhetorica oratio generalis nõ est:& æloquutio : & orationis uirtus(ut
auté sic dixerim)sermo pedester apparatus ipsius poeticæ imitatio est.Primũ ante omnia apparatio Poetica prima
ipsa poetica processit in mediũ:& approbata cõplacuit:dehinc illã imitati cũ metrũ soluissent:reliqs
poeticæ seruatis partibus rem scriptis commendarũt:Cadmus uidelicet & pherecydes:& Hecateus. Cadmus
Qui deinde post illos fuere:cum semper aliquid ex talibus adimerét ad eũ qui nunc usurpat modũ Pherecydes
ueluti ab ipso fastigio:ad inferiora reduxere:quéadmodũ siqs Comœdiã ab ipsa Tragœdia consisté- Hecateus
tiam suscepisse diceret.Et ab illius antiloquẽtia ad hoc humile sermonis genus declinatam.Accedit Tragœdia
ad idem argumentũ:quod pro æloqui:canere olim posuere maiores.Quoniã æloquutiõis ornatus: Comœdia
apparatusq; Rhetoricæ fons & origo fuit ipsa poetica.Ipsa enim ad demõstrationes usa est.cantibus Eloqui
hoc enim erat Oda:sermo scilicet modulatus.Vnde & Rhapsodiam & Tragœdiã: & Comœdiã ue- Canere
teres dictitarunt.Quocirca cũ priscis téporibus æloqui dicerét de æloquutione poetica:hoc autem Rhetorice
dicerent cũ modulatione [illegible] erat apud eos canere quod æloqui.Cum auté alterũ & in oratiõe so- Poetica
luta usurparent:ad alterũ quoq; transgressa est abusio . Cum uero pedestris:idest absq; metro dicat Oda
oratio:id manifestat:ut si ab excelsiore loco & uehiculo sane decurrat in planum . Cæterũ non mo- Rhapsodia
do propinqua:& græcanica(ut inqt Eratosthenes)sed etiã longius remota:& quidé accurate cõme-
morat Homerus:magisq; q̃ posteriores fabulaméta enarrat.Nec in monstrorũ rationem omnia:sed
interdũ ad doctrinã occulte atq; per allegorias pergit uel præparat:uel populariter inducit : & alias:&
ité in Vlyssis errore:de quo & ipse Eratosthenes pmultũ aberrat:& eius expositores & poetã ipsum
garrulos esse manifestans.De quibus dignum est pluribus dicere.Primũ quidé q̃ nõ modo poetæ:
sed etiam ciuitates longe prius fabulas delegerũt.Necnõ ipsi legum latores publicæ utilitatis gratia Fabulæ
cum rationantis animantis intuerent ingenium.homo enim cognitionis auiditate ducit.huius au-
tem uia prima fabularum studium est:hinc pueri audire incipiunt:& ad communicanda studia ul-
tro proficiunt.Causa est quia nouum quoddam est studium fabulatio:quæ non res consistétes: sed Fabulatio
alia quædam exponit.Dulcis quidé est nouitas:& id quidé quod nemini prius est cognitum . Hoc Nouitas
autem ipsum est:quod oblectatiõis auiditatem ingenerat.Cum autem admiratio adsit & monstra: Delectatio
intenditur oblectatio:quæ discendi illecebra est.Ab ipso igitur primordio:hoc pacto inescandi sũt.
Aetate uero prouectiore ad rerum disciplinam perducendi corroborata iam cogitatione: cum adu-
lationis amplius nequaq̃ indigeant.Omnes idiotæ:& doctrinarum expertes quodammodo pueri ap-
pellãdi sunt:& pariter fabularum auidi.Similiter & qui mediocriter instructi sunt . Isti autem haud Indocti
multũ ratione ualent.Adde etiam usq; ab infantia consuetudinem . Quando autem quæ monstro-
sa sunt:& amœnitatem & terrorem afferunt utriusq; generis:& pueris : & in ætate productionibus
necessitate adhibenda sunt.Pueris nanq; iucundas efferimus fabulas:ut promoueantur . Terrificas
uero ut amoueantur.Lamia fabula est:& Gorgon & Incubus:& larua.Plæriq; eorum qui urbes in-
habitant fabularum iucunditate promouentur:quom poetas uirorum probitates fabulis inuolu-
tas enarrantes audiũt.Qualia sunt Herculis:& Thesei certamina.Seu tributos ab deis honores: seu
medissidius cum picturas:aut imagines aut simulacra spectant:quæ fabulosam quandam denotát
additionem.Auertuntur autem quando irrogata a deis supplicia uel pauores uel minas per uerba:
aut inuisibiles quasdam formas expectant:aut aliquos in illa incidisse credant.Non enim turbæ fœ-
minarum:aut unicuiq; confusæ multitudini philosophiæ rationes induci possunt . Nec ad religio-
nem sanctitatemq; ac fidem facile inuitari.Ac numinum timore opus est.Id autem non sine fabula Numina
rum ac miraculorum figmentis agitur.Nam & fulmen & ægidem & tridentem : & faces : & draco-

nes:& thyrsorum hastas:arma deorum:fabulae:& uniuersa priscorum theologia prae se fert. Haec ab illis accepta fuere:qui rerum publicarum institutionem facientes aduersus nõnullos:qui infantiá redolebant instar laruarum efferebant. Caeterum cum huiusmodi fabulosa foret effictio:quae ad ciuilis uitae cõmunicationem:formamq; & rerum cognitionem uersaretur: ueteres puerilem educationem

Poeticae pueri studebát

usq; ad aetatum perfectioné conseruarint:& omnem aetatem satis castigate instrui posse per poeticam arbitrati sunt. Posterioribus inde téporibus historiarum descriptio:& huius aetatis philosophia

Historia

pcessit in mediũ. Et ea quidem ad paucos:poetica autem uulgo fructuosior:& ad compléda spectacula potétior:& homerica praecipue. Prisci quoq; historici atq; physici p fabulas scripta sua reliquere. Caeterum poeta perinde ac fabulas ad docendi genus referat:ad multas ueritatis partes curam suscepit:& falsitatem interposuit. Illam quidem acceptans:hanc uero ad perducendá multitudiné popülariter:& militariter inserés. Sicuti quispiam argéto circũfundit aurum:sic & poeta ueris contem

Fabellae

plationibus fabellas apponit:quibus aeloquutioné & dulcedine conciliat & ornatu. Eundem quem & historicus in enarrandis rebus finem aspiciens:hoc pacto bellum troianum uti gestũ est assumés illud fabulosis figmentis adornauit. Sic & Vlyssis errores. At enim nulla ex ueritate noua annectere prodigia nequaq̃ Homericum est. Hoc enim modo ut aliquis uerisimilia mentiat̃. Vere contingit si qua uera permisceat. Quod & Polybius de Vlyssis errore enixe asserit. Eius generis illud est plaeraq; cõfert per figmenta cum simillima ueris fuissent haud oĩa sed multa:quandoquidem minime erant

Aeolus
Cyclopes
Lestrigões

ueris consona. Nam ab historia sumpsit exordia. aeolum enim adiacentibus Lipare insulis imperasse tradit. Vicina itidem Aetnae loca:& Leontinis: Cyclopas: & Lestrigonas immanes quosdam homines tenuisse. Iccirco fretum ipsum illius tépestatis mortales nequaq̃ adire ausos. Charybdim & Scyllam a praedonibus occupatas. Sic & alios de locis ab Homero dictis legimus historicos: sic & Cim-

Cimmerii

merios:Cimmerium Bosphorum ad Boream & tenebrosa incolentes loca non ignarus:ad finitimas inferno & obscuras regiones proprie traduxit quae ad fabulamenta de errore plurimum conducebant:q; Homero non ignoti fuerint:per eos manifestum est qui rationes temporum scriptis prodiderunt:uel paulo ante illius aetatem:uel eo uiuéte:& ad Cimmerios accessum extitisse. Similiter nouit & Colchos. Et Iasonis ad Ean nauigationem. Deq; Circe ac Medea fabulis:& historiis commendata. De beneficiis & simillimorum tractatu. Eorumq; cognationes confirmauit:qui in Ponti reces

Iasonis errores

su:quiq; in Italia diuersi habitauerunt:& utriusq; fortuitam in Oceanum egressionem. Et Iasonis ad Italiam usq; errorem. Quaedam enim & circa Ceraunios montes:& circa Adriam signa ostendunt̃: & in Posidoniate sinu. Itemq; circa Hetruscorum insulas errátium argonautarum mõstrant̃ indicia. Ad-

Cyaneae Symplegades

diderunt aliquid & Cyaneae:quas Symplegadas petras uocauere nõnulli:quae per Bizanciatioris angustias asprimũ nauigátibus fecere transitum:adeo ut ab Eaede:& ~~Sym[illegible]~~dibus Plecte.i. errabiles dictae sint. Ipsaq; Iasonis nauigatio per illas uerisimilis apparuit. Penes Scyllam autem: & Charybdim per scopulos agitata uidetur excursio. Aeui autem illius homines simpliciter ponticũ pelagus:uti quédam Oceanum arbitrati sunt. Quiq; eo usq; adnauigabant non aliter in exteriora ingredi maria credebant̃:q̃ qui extra columnas lõgius pducti fuerant. Et enim inter ea quae nos admira-

Pontus
Homerus
Solymi

mur id maximũ aestimabat̃. Quocirca per excellentiá ,pprie pontum appellauere. Sicuti per poetam Homerum intelligimus:forsan & ob hanc causam ex ponto ad Oceanum uocabulũ transtulit:sicut facile acceptabilius propter eam quá tenuit opinioné. Etiá cũ Solymi excelsos Tauri uertices circa Lyciam:usq; Pisidiam tenuerint:Cunctis intra Taurũ habitátibus:praesertim circa pontum; excessus a meridie clarissimos praebuerint. similitudine quadá & hos ipsos in Oceanũ egressos fuisse reor. Et enim illũ in rate nauiganté sic inducit.

Aethiopum ex oris rediit neptúnus:& illum
Montibus e solymis longe prospexit.

Cyclopes
Arismaspi

Forte & Luscos quoq; Cyclopas de Scythica transtulit historia. Eius náq; generis Arismaspos fuisse memorant:quos Aristeas proconnesius in Arismaspio carmine aedidit. hisce praesuppositis considerare oportet:quid illi dicant: qui Vlyssis errorem circa Siciliam aut Italiam secundum Homerum: aut fuisse:aut non fuisse memorant. Est enim utrunq; uel melius uel deterius suscipere. Melius quidem cum sic accipiat:q; Vlyssis errorem illic fuisse credés ueram hanc materiam suscipiat: & poetico more eam instruxerit. Hoc enim proprie de illo dici posset. Nec de Italia solum: sed etiam usq; in ultimis Hispaniae finibus illius erroris uestigia reperiunt̃:& plura alia. deterius autem siquis illius commétum:tanq̃ historiam accipiat. Illic scilicet esse Oceanum:infernum solis boues:dearum hos-

Inferna mõstra

pitia:Transformationes:Cyclopum proceritates:& Lestrigonum. Scyllae formam:nauigationis interualla:aliaq; huiusmodi plurima:ut monstra aperte scribente minime contradicendum est. Perinde ac contra poetam apertis mendaciis contradicat. Quemadmodum si hoc modo Vlyssem Ithacam reuertisse neget:& procorum occidionem. Nec in agro constitutam aduersus ullum Ithacensium pugnam fuisse. Nec aduersus accipientem illa proprie manum conserere istum est. Eratosthenes uero utriusq; sententiis aduersatur:haud recte sane. Ad secundum quidem quoniam pluribus criminari conatur mendacia manifesta:cum mentione indigna sint. Ad primam uero cum in omnibus poetam garrulum esse declarat. Et neq; locorum noticiam habere: nec ullas ad uirtutem artes intendere putat. Et in locis non fictis fabulas diuulgatas non tenere. Sicut in Ilio:in Idaan Pelio: Fa

bulas uero in locis fictis:sicut in iis in quibus Gorgones : uel Geriones : huius formæ eas esse dicit:
quæ de Vlyssis errore dicunt.quæ ab eo nequaq̃ ficte fuerint:sed subsistant:ex hoc falsi arguuntur
(ut aiunt)ꝙ minime cõcordant.Itaq; sunt qui Syrenes in tractu pelorio ponát. Alii ad Sirenussas in- Syrenes
sulas:quæ plus q̃ duo milia absint stadiorũ.Illas autem triuerticem esse scopulum:qui Cumanum a
Posidoniate sinum dirimat.Verum scopulus ille nequaq̃ triuertex est.Nec omnino in sublime tolli
tur.Cæterum cubitus quidem longus : & angustus a deductis ad Caprearum fretum locis extendi-
tur.altero ex montis latere Sirenum sacellum habens.Ex altero autem ad Posidoniatem sinum par
uæ tres adiacent insulæ desertæ petrosæ:quas Sirenussas uocant.Super eodem freto extat Atheneũ: Syrenussæ
pari quo cubitus ipse nomine.Quod si qui locorum historiam tradiderunt discrepant; haud conti- Atheneũ
nuo uniuersa eiicienda est historia.Cæterum uniuersum potius fides habeatur interdum.Tale quid
dico.Inquiratur si ad Siciliá & Italiam error ille fuit;Sirenesne eo in loco uspiam fuisse dicanť. Qui
in tractu Pelorio dixerat ab eo:qui in Sirenũsis inquit discrepat . Ambo uero ab eo: qui ad Siciliá &
Italiam dixit minime discrepant.At maiorem adhibent fidem : quoniam licet eundem locum non
asserant;tamen ab Italiæ ac Siciliæ loco non discesserunt.Siquis autem adiecerit ꝙ Neapoli Parthe- Partheno-
nopes unius ex Sirenibus monumentum ostenditur:adhuc fidei plus adiungitur:licet tertius dictus pe
sit locus.Quod autem hoc in sinu:quem Cumanum appellauit Eratosthenes:quem Syrenussæ effi- Syrenussæ
ciunt ædificata est Neapolis:firmius his in locis Sirenas extitisse credimus . Haud enim poetam ad Neapolis
unguem singula perdidicisse fremur.Nec nos ipsi ab eo rerum diligentiam exquirimus. Verumtamẽ
haud ita suspicari possumus:ut cum nihil de ipsius errore perceperit; qualis & ubi fuerit suo expo-
suerit carmine.Eratosthenes quidem Hesiodum de Vlyssis errore audisse coniecturis assequiť;quid
ad Italiam & Siciliam fuerit.Et huic opinioni credentem:non modo dictorum ab Homero mentio
nem fecisse;sed etiam Aetnæ:& Ortygiæ Syracusis adiacentis insulæ;ac Etruscorum.Homerum au Ortygia
tem illorum prorsus ignarum:ignotisq; in locis errorem facere uoluisse. Vtrum igiť Aetna & Thu-
scia cognita;Scylla uero Charybdis Circeum Sirenussæ nõ admodum?Nunquid Hesiodum nõ gar-
rire?sed inualescentes opiniones sectari decebat?Homerum autem quicquid obuenerat diserta reso
nare lingua.Præterea quæ de loco:& conueniente Homero fabulatione dicta sunt ; ipsa etiam scri-
ptorum illa diuulgantium multitudo:& uagata per locos fama documẽto esse possit ꝙ ea minime
sunt uel poetarum;uel scriptorum figmenta;sed & personarum & rerum gestarum uestigia . Et Po-
lybius recte de errore cogitat.Aeolus enim in ipsius freti locis;per quæ cursus & recursus est ; & na- Aeolus cur
uigationis asperitas per fluxus atq; refluxus aggrediendi signa præmonstrat . Itaq; uentorum custo- rex
dem;atq; regem creditum fuisse refert.Sicuti Danaum in argis inundationes ostentantem.Atreum
aduersum cælo solis cursum uates & auspices reges demonstrari.Sacerdotes Aegyptios: Chaldæos: Chaldæis
& Magos aliqua sapientia cæteris excellentes:principatum & honorem apud maiores nostros com-
parasse.Sic & unumquẽq; deorum commoditatis alicuius repertorem honoribus celebratũ fuisse
hæc præmonefaciens;æolum in fabulamenti forma prorsus accipi:& sentiri non sinit . Nec totum
Vlyssis errorem.At pauca fabulantem adiecisse;quemadmodum de Troiano bello . Totum autem
circa Siciliam poetice fictum esse a poeta reliquisq; scriptoribus;qui adiacẽtia loca differunt Italiæ
atq; Siciliæ non sane probat:nec huiusmodi Eratosthenis sententiam laudat;quoniam quædam in-
quit repperisse errauerit Vlysses:cum coriorum sutorem inuenisset:qui uentorum utrem consuis-
set;hoc autem proprie de illis dictum esse:qui ad Scyllam aduentant : & ibi Galeotarum piscationẽ Scylla
tractent:illic circa Scyllam & eius scopulum piscosum delphinorum canumq; indagatrix : & siqua Thynnus
apud græcos maior est balena.Thinni enim cum gregatim præter Italiam acti elabũtur: & Siciliam
attingere prohibentur:in maiores incurrunt bæluas:ut puta Delphinos Canes:aliasq; balenis simi- Xiphiæ
les.E quorum uenatione canes:& galeotas pinguescere.Quod xiphias idest gladios appellari ferunt
Idem enim hoc in loco contingere:& in Nili incrementis aquarumq; cæterarum;quod in igne & in
ardentibus syluis.Congregatas enim feras:cum ignem aut aquam effugiant;a ualentioribus deuora
ri.Hæc æloquutus galeotarum uenationem exponit:quæ circa Scyllæum tractum instituitur. Ma-
nentibus enim in statione frequentibus remorum duorum scaphis:speculator quidam communis
supernæ instat.Duos singulæ scaphæ tenent.Alter remigat:alter hastam habẽs manet in prora.Cũ
primum uero speculator supereminentiam galeotæ signo indicat;bæluæ uero supra mare pars ter-
tia eminens fertur:scapha propius appellitur.Deinde iacto manu tælo uulnus incutit . Tum euulsa
sine cuspide de corpore hasta:quod tælum sane est hamatum ut educi facile queat. Apteq; infixo ei
funiculo appensum sauciatæ acclinant bæluæ;donec agitata suffugiensq; lassetur . Tunc in terram
subducunt:aut intra scapham accipiunt;nisi prorsus immensum corpus existat.ꝙ si in mare tælum
exciderit haud sane perit.Est nanq; uel e quercu:uel ex abiete compactum : adeo ut querna grauita-
te demersum:deinde in sublime relatum facile possit apprehendi.Contingit autem interdum & re-
migem in scapha per magnum galeotarum gladium uulnerari:& cum instar apri bæluæ urgeat im-
petus:asperrime fit ipsa uenatio . Talibus ex rebus quadam coniectura colligi posse inquit Vlyssis
errorem circa Siciliam secundum Homerum fuisse:quoniam huiusmodi uenationem Scyllæ con-
iunxit:quæ Scyllæo tractui usitata est.Et ex iis quæ de Charybdi memorát;quæ fræti illius pericu-
lis similia sunt.Quod ter quidem pro bis iaceat scriptorum uel potius historici peccatum est.Dicta

quoq; in Meninge lotophagorum rumori similia sunt. Sin uero aliqua dissonant mutationes causa
Poetica ex quibus — ri oportet: uel inscitiam uel poeticam licentiam: quæ ex historia & dispositione constant & fabula.
Historiæ finis — Historiæ finis est ueritas. Sicut in nauium dinumeratione poeta omnibus obuenientia locis expli-
cat. Aliam quidẽ lapidosam urbem. Aliam uero extremam: hanc colũnis refertam. Illam maris uici-
nam. Finis autẽ dispositionis expressio & efficacia: quemadmodũ præliantibus introducendis. Fabu
Homeri poesis quid — læ delectatio & stupescẽtia. Cũcta uero fingere neq; consentaneũ est: nec Homero conueniens. Illius
enim poesin sapientiæ studiũ esse: ac philosophiam uniuersi æstimant: non ut inquit Eratosthenes:
qui ad intelligẽtiam & mentẽ poemata iudicari non debere iubet: Nec ullam ex poetis historiã esse
petendam. Verisimilius esse illud.
Atq; die hinc nona me flamina dira ferebant.
breui in spacio accipere. Nam dira flamina: hoc est cursus obliqui: quoniam Oceanum penetrare p-
Malea — inde ac assidue uentis a puppe surgẽtibus. Interuallum autem a Malea ad columnas componens: stã
diorum uigintiduomilia & quingẽta comperiret. Si hoc ait ponamus diebus nouem æquali celeri-
tate confectum esse: singulis diebus cursus euenit: stadiorꝫ duorꝫ milium & quingentorꝫ. Quisnam
tradidit aliquẽ e Lycia: seu Rhodo ad Alexandriam biduo aduectũ esse: cum quattuor miliũ stadio
rum spaciũ intersit? Percontantꝫ nonnulli quo pacto: cũ ter Vlysses in Siciliam aduenerit: ne semel
quidem per fretũ ipsum nauigarit? Respondetꝫ quoniam & posteri oẽs eam effugerũt nauigationẽ:
hæc quidem ab eo dicta sunt. Sũt & alia quæ recte ab illo dicantꝫ. Cum uero in oceanũ excursionem
præparat: & dierum nauigationem diligenter ad mensuras adduxit & spacia discrepantiæ excessũ
minime reliquit.
Simul enim poetæ uersus addit.
Atq; die hinc nona me flamina dira ferebant.
Simul & occultat: & enim hæc ipsius poetæ sunt: ut illud:
Oceani fluxũ fluuii mox cymba relinquit. & illud.
Ogygia — Insula in Ogygia qua ponti umbilicus inhæret.
Quodq; in eo loco Atlantis filia domiciliũ habet. Et illud de phæacibus.
Littora: fluctisoni colimus suprema remoti.
Nemoq; mortalis nobis confinia miscet.
Hæc enim oĩa in Atlantico pelago ficta manifeste declarantur. Ea uero ille occultans quæ manife-
sta dicuntur tollit. Hoc autem non sane recte. At circa Siciliam & Italiam errorem factum esse: recte
& ab ipso poeta confirmatur. Quando quidem quisnam aut poeta aut scriptor Neapolitanis sirenis
Dicearchia Puteoli — Parthenopes sepulchrũ nũcupare suasisset? Incolas autem Cumaꝝ & Dicearchiæ idest puteolorũ: &
Vesubii ignitũ phlegethontem: & Acherusiam paludem & mortuorꝫ uaticiniũ: Auernum & Baias:
& Misenũ: Vlyssis quosdam socios: sic & quæ apud Sirenussas: & quæ sunt ad angustias freti. & Scyl
lam & Charybdim: & æolũ: hæc quippe nec ad anguẽ perscrutanda sunt. Nec absq; radice: nec absq;
fundamento ꝓrsus omittenda: cũ nec ueritatẽ: nec historiæ attingant utilitatẽ: hoc cũ itelligat Era-
tosthenes. Suspicetꝫ aliquis inquit: poetam uoluisse Vlyssis errorem ad occidentis loca facere: & a ꝓ-
posito desistere: cũ quædam nõ diligenter hausisset: & quædam hunc in modũ non elegisset: sed ad
id quod terribilius & monstrosius est educere cuncta uoluisse. hoc quidem ipsum bene. Illud aũt cu
ius gratia hoc faciebat male assumens: Non enim garriendi gratia: sed ut prodesset. Quapropter ra-
tionem subire iure debet: & huiusmodi rei: & illius: q cũ iccirco remotissima monstra cecinisse ma-
luit: ut facilior ei mentiendi præstaretur occasio. Quota est enim pars remotissime de monstris di-
cta præ iis quæ in græcia & in locis græciæ propinquis decantantꝫ. Sicut Herculis & Thesei certami
na: & de Cretæ ac Siciliæ fabulis scripta. Similiter & in reliqs insulis: & ad Citheronem: & Heliconẽ:
& Pernassum: & Peliũ: & Atticam: & uniuersam Peloponnesum. Nec ullus est qui ex fabulis fabula-
toris ignorantiam criminetꝫ. Rursus cũ nequaq̃ omnia fabulentꝫ: sed plura fabulis adiũgant: præser-
tim Homerus inqrens: quidã ueteres fabulis addiderũt: nec inquirit si fabularꝫ additamenta uel fue
rint: uel sint. Sed magis de illis ueritatẽ inqrit locis ac ꝑsonis: ad quæ fabulatꝫ: Sicuti si Vlyssis error
fuerit: aut ubi. Totũ autẽ ipsum nequaq̃ bene: Homeri poesin cũ aliorꝫ poetarꝫ poesi in unum addu
cere: cũ ad aliam: tum uero ad propositam de orbis situ materiam: & nullũ ei tribuere principatũ. Et
enim si nihil aliud uel Sophoclis Triptolemũ: uel Bacchaꝝ prologum Euripidis: si percurras & Ho
meri diligentiam: ex hisce potissimũ rebus ipse cõparaueris: facile fuerit comparationem ac differen
tiam ponere. Nam ubi locorũ quos meminit ordinẽ necessitas exigit ordinẽ seruat. Similiter Græ-
corꝫ: similiter & longe positorꝫ.
Ponere certabant properantes ossam olympo.
Pelion inde osse frondosum: & illud.
At præceps Iuno celerem linquebat olympum:
Pieriam accedẽs dehinc: Zmathiamq; beatã
Fertꝫ & ad Thracas equites rupesq; niuales.
Hinc ab Atho pontum petit.
In dinumerãdis uero auxiliis urbes quidẽ haud ordinẽ seruans æloquitur. Nõ enim necessariũ erat.

Ordine uero gentes explicat. Simili modo & de remotis.
Cyprum Phoenicem:& Aegyptios errabundus.
Aethyopasq; adiitum sidonios & erembos.
Ac Lybien, quod Hipparchus quoq; annotauit. Reliqui uero ea i quibus ordo exigitur: hic liberum
patrem gentes adeuntem inquiens. Alter ut Triptolemus terras dissiminat: quæ longe disiuncta sũt
coniungunt:& continuata separant. Linquens inquit auriferos Lydorum sulcos:& Phrygũ ac persa
rum urbes sole percussas. Mœnia Bactriania: hybernaq; medorum tellurem accedens:& felicẽ ara- Bactra
biam. huiusmodi sane Triptolemus agit: permultam uero ad climata:& uentos doctrinam: quod ad
Geographiã attinet: in locorum descriptionibus Homerus ostẽdit. hæc & cõpluribus in locis asserit.
Hæc humilis iacet ad tenebras: multum æquora supra.
Hæc secus auroram spectant: solisq; nitorem.
Duæ uero illi sunt fortes: quædam ad aquilonẽ: quædã rursus ad austrum: seu ad dexteram pergant
ad auroram: atq; solem: seu ad leuã uersus tenebras. Atq; harum rerum ignorãtiam omnimodam re-
rum omnium confusionem arbitrarut.
Me latet o socii tenebræ locus: aut ubi eous:
Aut ubi sol terras subeat.
Cumq; poeta hæc bene dixerit: Boreas & Zephyrus qui e Thracia spirant: is male aspiciens crimina- Boreas
tur eum: qui Zephyrum uniuerso tempore:& omnino spirare e Thracia dixerit cũ is minime spira- Zephyrus
re omnino dixerit. Cæterum cum per mare Thracium: ad nigrum sinũ ingruãt: cum Aegei pars ma- Thracia
ris existat. Conuersionem enim recipit ad austrum Thracia quasi promontorium sit: ubi Macedo-
niæ adiungitur:& pelagus incurrens flantes hinc Zephyros ostendit iis qui ad Thasum:& Lemnũ:
& Imbrum:& Samothraciam:& iis uicinum mare pertinent. Sicut & in Attica Zephyri: qui a Schy- Zephyri
ronis petris flant: Schyrones appellantur:& potissimũ Cauri. Quod Eratosthenes nequaq̃ intelle- Schyrenes
xit. Tamen suspicatus est. Ipse igitur regionis conuersionem: quam dico narrat. q igitur uniuersali- Cauri
ter spiret is capit. Postmodum poetæ imperitiam criminatur: q cum Zephyrus ab occidente:& Hi-
spania esset: illorsum minime protendit Thracia. Nunquid ab occidente spirantem ignorat zephy-
rum? At uero cũ hunc dicat in modũ propriũ eius obseruat ordinẽ. Vna eurus notusq; cadunt: ze- Venti
phyrusq; fremiscens:& boreas. quattuor
An Thraciam ignotauit ultra pæonios:& Thessalicos montes nõ excurrentem? Sed & huius: q̃ por Thracia
ro ad Thraces attinet gnarus ac minime nuncupans: partem quidem maritimam: partemq; mediter
raneã: Magnetas quosdã & Malies. Reliquosq; deinceps græcos dinumerat usq; ad Thesprotas. Pari
terq; etiam Pæonibus finitimos Dolopas:& Sellos ad dodonẽ usq; ad Achelou Thraces ultra non Dolopes
meminit. Ad finitimum autem: sibiq; notissimum pelagus facile fertur. Sicuti quũ ita cõmemorat. Selli
Concita turba fuit longæ uelut æquoris unde: Icareo in poncto. Venti
Sunt quidam qui primarios duos esse uentos asserunt. Aquilonem scilicet atq; austrum. Reliquos Aquilo
uero modica quadam acclinatione differre. ab ortu quidem æstiuo æurum. A brumali subsolanum Auster
Ab occasu uero æstiuo Fauonium. A brumali autem Caurũ. Duos uero esse testari uentos: & thra- Eurus
syalcem:& poetam ipsum aiunt: quom austro Caurum a tribuit. Dicãs Caurum austro. Zephyrum Subsolãus
idest fauonium aquiloni: quum dixit: aquilo & Fauonius qui duo spirant e Thracia. Cæterum ex iis Fauonius
quos nouimus rãtopere de hisce tradidit nemo: teste Posidonio: atq; aristoteles: timosthenes: & Biõ Caurus
astrologus. Ab æstiuo ortu Ceciam cui ab occasu brumali ad lineam Affricus opponitur. Rursus ab Cecia
oriente hyberno eurus opponitur: contrarius Caurus est. Medios esse subsolanum & fauonium. Poe Aphrycus
ta quidem illum uiolenter spirantem inquit Fauonium: quem nos Caurum appellamus. Africum Caurus
flantem fauonium: qui & a nobis Fauonius siue zephyrus. Caurũ ueros austrum Leuconotũ idest Fauonius
albũ austrũ. hic. n. paucas creat nebulas: quũ reliquus totus auster quodammodo sit eurus. Leucono-
Dissipat ut zephyrus nubes: grauibusq; procellis. tus
Cauri austri pulsant. Auster
Nunc enim uiolenter spirantem zephyrum dicit: quiq; Leuconotos congregat dissipare consueuit:
quum illa debilia existant: ubi adiectiui loco austri Cauri dixit. hæc quum ab Eratosthene i primo
de Geographia in initio dicantur: talem quandam habent emendationem. Porro Homeri dictis fal
so deprehensis insistens:& hæc ait. Nili ostia plura existentia ignorasse: eiusq; nomina. At ea nouit
Hesiodus: quippe & qui mentionem facit. Verumenimuero eius nomen illius ætate: necdum nun
cupatum fuisse credibile sit. Ostia uero tum obscura: tum modicis cognita. Quod uero nõ unum
sed plura fuissent facile persuaderi potest. Sin autem inter res ægyptias celeberrimum; & q̃ admi-
rabile & super omnia memoria simul & cognitione dignissimum flumen & fuit & est; pariterque
& incrementa:& eius ora; quis sibi nunciantes nequaq̃ sciuisse suspicetur? qui flumen simul & agrũ
ægyptiũ & Thebas ægyptias & Pharum cognitũ fecerit. Cognoscentes uero ipsũ nequaq̃ dixisse: ni-
si rerũ celebritate at nobilitate subticuissent? Adhuc icredibilius uidet: si de æthyopia: de Sidõiis de
Erẽbis: de exteriori mari: de bipartitis æthyopũ populis uerba faciebat: de ppinqs aũt & pspectis ta
citus erat. Qui si horũ memoriã nullã egit: id haud ignorãtiæ ppterea signũ est. Et. n. nec ppriæ mẽ

tionem patriæ:nec aliorum complurium reliquit.Quin ea quæ admodũ nota patẽt:memoratu di-
gna non uideri ad scientes potissimũ diceret aliquis.Nec bene illud obiiciunt Homero: perinde ac
per ignorantiam differenti:q insulam Phariam ambitam pelago dixerit.Contra enim nihil eorum
quæ nuper de Aegypto diximus:ignotum fuisse poetæ testimonio uti possumus.Dignosceres autẽ
Menelaus inde:quod arrogans est:quisquis potius eius errorem asserit.Menelaus ad Aethyopas usq; conscen
dens incrementa Nili discere potuisset.Et limum quem agris inserti:& eũ qui est ante ostia transitũ:
quantũ sane ad cõtinentẽ accumulans adiecit.Itaq; Aegyptus uniuersa sub Herodoto fluuii munus
Delta appellari iure potuit.Et si non uniuersa:ea saltẽ quæ sub agro est inferiore:qui Delta nuncupatur.
Pharos Pharum etiá priscis annis ambitam pelago tradidit.Ita pelago ambitá esse mentitus non est.licet pe
lago nunc amplius ambita non sit.hæc qui sic instruxit poeta fuit:quibus ex rebus & ipsum incre-
menta nosse simul:& Nili ostia coniecturis putare licet.Idẽ etiam delictum esset:& agrũ inter egy
ptũ pelagus & arabicum sinũ interiacentẽ ignorasse.Et extremos hoĩum æthyopes:bipartitos falso
dici.Nam cum is hoc bene dixerit:posteriori ætate uenientes reprehendere non recte ausi sunt.Im-
probe sane Homerũ.n.hos ignorasse agros tantum a ueritate longius abest:quantũ non modo non
ignorasse:sed aperte patefecisse dixerim.Ipsi quoq; Grámatici:ab Aristarcho & Crate eius artis prin
Aethyopes cipibus:quis eo tacente sane sentiunt.Quoniam cum uates ipse dicat:Extremi hoĩum æthyopes bi
partiti sunt:de sequenti uersu discrepant.Nam scribit Aristarchus quidem ita:Solis ad occasum qui
dam:quidam sed ad ortum.Crates uero ita.

Hæc sane occasum solis:hæc illius ortum.

Cum nihil intersit ad utriusq; materiam:siue hoc:siue illo modo scribatur. Ille.n.Mathematicorũ
dicta sequutus:torridam ab Oceano detineri Zoná inquit:ad ambas autẽ partes huius temperatam
esse & ad nos & ad latus alterum.Sicut igitur:æthyopes ad nos uersi illi dicuntur:qui ad orbem uni
uersum in meridiẽ inclinati:aliorũ postremi oceanũ iuxta incolunt:etiá nonnullos itẽ trans oceanũ
æthyopes intelligi oportere existimant:alioq; ultimos in altera tẽperata:qui iuxta eundẽ hũc Occa
num inhabitant.Geminos aũt esse:& ab oceano bipartito diuidi.Adiectũ autem illud.

Solis ad occasum quidam:quidam sed.ad ortum.

Hæc sane occasum solis:illius ortum.

Cum Zodiacus semper supra uerticem sit:ad terræstrẽ Zodiacũ.Hic cũ semper extra ambos ob'i-
quitate nõ excedat.Aethyopes omnis solis meatũs intra latitudinẽ illam necessario intelligitur:&
alios aliis ortus:& occasus secundũ alia:& alia signa contingere.Sic autem magis per astronomorũ
sententiam loquutũ putát.Dicere aũt simplicius erat illud:saluátẽ bipartitos sic æthyopes esse:sicut
dictũ est:quod a oriente sole usq; ad occasum Aethyopes oceanũ utrobiq; inhabitant.Quid autem
ad hunc differt intellectum:uel sic dicere ut scribit ille:aut ut Aristarchus?

Solis ad occasum quidam:quidam sed ad ortum.

Etenim hoc est & ad occasum & ad ortum:ad oceani latus utrũq; inhabitare. At Aristarchus causá
Aethyopes dupliciter diuisi hanc abiicit.Dupliciter aũt diuisos æthyopes existimat dici oportere:secundũ nos uidelicet:& eos
q ad meridiem positis Græcis ultimi sunt.Quos quidẽ non ita diuidi putat:ut duæ sint æthyopiæ
Vna quidẽ ad orietẽtẽ:altera uero ad occidẽtẽ.Verũ uná tantũ ad meridiẽ iacentẽ Græcis.Sitá uero
ad ægyptũ.Hoc aũt poetá ignorasse.Sicut & pleraq; alia ab Apollodoro dicta:de nauiũ dinumera-
tione in secundo uolumine de locis:quæ non erant ementitum.Aduersus Cratẽ uero lõgiore opus
est oratione quæ forsan impræsentiarum nihil attinet.aristarchum in hoc approbamus:q omissa
Cratis materia:quæ cõplures accipit instantias:de nostra æthyopia sermonem factũ esse suspicatur.
Cætera consyderemus.ante omnia quod de ipsa incassum descriptione exiliter ratiocinatur.Eteni
si aliter describatur:suis aptari cogitationibus potest.Quid.n.differt dicere uel sic duo quo ad nos
æthyopes sunt.hi quidem ad ortum:Illi autem ad occasum:uel sic.Etenim ad ortus & ad occasum.
Deinde quia fallaci instat opinioni:eia poetá ignorasse interiacẽtem agrum:æthyopiá uero ægypto
uicinam meminisse:quũ dicit bipartitos æthyopes.Quoná modo non sic bipartitos?sed ignarũ sic
Aegyptus insula est dixisse poetam.Vtrũ neq; ægyptus:nec ægyptii ab initio Deltæ usq; ad Syenẽ:a Nilo bipartiti sunt
aliqui ad occidentem solem:aliqui ad surgentem.Quid aurẽ aliud ægyptus est:q insula fluuiatilis:
Aethyopia quá inundat aqua?Hæc aũt ad utranq; fluminis partẽ ad ortum:& occasum iacet. Et utiq; æthyo-
pia recte opponitur ægypto:& ad Nilum:& ad locorum ingenium:pari modo esse habens.Et.n.ipsa
& angusta:& oblonga est:& irrigatur.Quæ uero extra inundationem sunt deserta:& aquarum ex-
pertia:& raro habitabilia.Plæraq; ad auroram.Nonnulla ad occasum uergentia.Quonam igit mo-
Nili longitudo do non bifariam diuisa est?ut qui Asiam ab Africa sepant.Nilus iis idoneus uisus est terminus.Cu-
Meroe ius longitudo ad meridiem:plusq decem milia stadiorum protenditur.Latitudo uero tanta:ut insu
las admittat:quas decem hominum milia incolant.Quarũ maxima est Meroe:Regia & Metropo-
lis æthyopum.Hanc ipsam uero æthyopiam bifariam diuidere non fuit idoneus.Attamen qui eos
redarguunt:qui adiunctas flumini terras diuidunt:uehementissimum illis peccatum obiectant:qđ
Aegyptum:& æthyopiam distrahunt.Et unam quidẽ utriusq; earũ partẽ asiaticam:alterá uero afri
caná faciũt.Vel si hoc quidẽ nolunt:aut terras nõ diuidunt:aut nõ cũ flumine.Præterea alio pacto
diuidi potest æthyopia.Omnes.n.qui per oceanum in Africam adnauigarunt:& qui a mari rubro:

& qui a colũnis Herculeis usq; ad magnũ progressi spaciũ:unde cũ multag; ĩpedimento molestiarũ reuersi sunt. Vnde uulgo credulitatẽ reliquerunt:quod quæ ĩtermedia tellure disiungit̃: atq; mare athlanticũ:præsertim ad Meridiẽ spectans totũ alluens ĩ oẽs extrema loca:ad quæ nauigãtes aduẽ tarunt:æthyopica uocauerunt:& hunc in modũ renũciauere. Quidnã igitur absurdũ est; si talibus Aethyopica loca
auditis sermonibus adductus Homerus quoq; bifariã partitus ẽ:& quosdã ad orientẽ:quosdam ad occidentẽ asseruit. Cũ alii q in medio positi sunt prorsus ignoti fuerint:siue sint:siue nõ sint. Ephorus tamen aliã quidẽ puetustã narrat historiã:quã & Homeg legisse nõ ratiõe caret. Rumor ẽ inqt apud Tartessios q æthyopes Africã usq; ad occasũ ingressi sint. Partimq; ibidẽ mãsisse. Partim uero etiã maritimã magno spacio occupasse:facit aũt coniecturã:eo q Homerus dixerit extremos hominũ æthyopas bipartitos fuisse. Nec ĩ Aristarchũ eiusq; sectatores dicat aliqs. Aliaq; hisce modestioraq:bus a poeta multã auferet inscitiã. Dico enim pro priscog opinione Græcog:sicuti nobiliores ad aquilonẽ partes:uno uocabulo scythas:uel Nomadas appellabãt:ut inquit Homerus. Posterioribus aũt annis notiores ad occasum Celtæ & Hiberi:uel mixto noĩe celtiberi:& Celtoscythæ uocabantur:cum gentes omnes sub uno uocabulo per ignorantiã instituerent:sic & exposita in meridiẽ oĩa æthiopiam ad oceanũ uocari. Testimonio aũt & huiusmodi sunt. Nã & Aeschylus ĩ prometheo soluto sic inqt. Phœnicũ solũ:sacer rubri maris fluxus, Eurũq; flumẽ:uicinũ oceano stagnum:qđ oĩ no æthyopas alit:ubi spectãs oĩa sol ĩmortale corpus & equog laborẽ per feruidas aquæ mollis effusiones quieti reddit. Ad totũ.n.meridianũ clima hũc ad solẽ usum:& ad æthyopas: eorumq; sitũ oceanus habere uidet̃. Et Euripides ĩ Phaetõte. Traditã esse clymenã Meropi:& terræ eius imperiũ habere dicit. Quã primã tellure:Sol quadrigis exoriens aurea flãma pcutit. Eã uero finitimi facie nigri hoĩes:idest Melambroti lucentẽ aurorã:& solariũ equorũ stationes uocitant. Nunc quidã communes & auroræ & solis ipsas equorũ stationes facit. Deinceps in sequentibus uicinas Meropis habitaculo dicit esse. Et in toto ipsius Tragœdiæ opere hoc ipsum applicat. Quippe cũ non adiacentis ægypto æthyopiæ proprium sit:sed maritimæ magis:quæ meridianũ clima totũ attingit. Ephorus etiã antiquã de æthyopia manifestat opinionem:sicut ait in libro de Europa. Et cælestiũ ac terrestriũ locog:qui quattuor in partes diuisi sunt. Eã quæ subsolanũ spectat Indos habitare. Ad austrum uero æthyopas. Ad occidentẽ Gallos:ad aquilonẽ Scythas. Addit etiã q Aethyopia q̃ scythia maior est. Ait.n.æthyopum nationem ab ortu brumali usq; ad occasus extendi. Scythia uero huic regione opponitur. Poetam autem hisce concordare:ut hinc constat; q Ithaca ad tenebram idest ad arcton iacet.

Scythæ
Nomades
Celtæ
Iberi
Celtiberi
Celtoscythæ
Climene
Merops
Melãbroti
Indi
Aethyopes
Galli
Scythæ
Ithaca

Haec; sub aurore lucem:solẽue seorsum.
Sic uniuersum australe latus appellans. Item cum dicit.
Dextera siue adeant auroram:& lumina solis.
Siue petant leuam:tenebrasq; sub aeris illi. Et rursus.
Me latet o socii tenebræ:locus:aut ubi eous:
Aut ubi sol terras subeat mortalia lustrans.
Aut ubi conscendat.

De quibus in sermone de Ithaca manifestius differitur:cum item inquit.
Iuppiter oceanũ atq; epulas pietate proborũ Aethyopũ hesternus petit. Communius dicendũ est: oceanũ & ad uniuersũ meridianũ clima & ad æthyopas institui.
Cuicũq;.n.huius climatis loco mentẽ apponas:ad oceanũ existes:& æthyopiam
Sic & illud inquit.
Aethyopum ex oris rediit neptunus & illum.
Montibus e solymis longe prospexit.

Tantundẽ dicẽs a meridianis locis. Vt si solymos dicat:nõ quidem Pisidiam habitantes:sed(ut ante dixi)finxisse quosdã nominis eiusdẽ:q cõsimili ratione sese ad eum in rate nauigantem haberent. Et meridianos illos:sicut Aethyopas:quemadmodum Pisidici:& supra Pontũ:& supra eos æthyopas q ægypto adiacent. Sic & gruum mentionem communem faciens ait. Pisidia Grues
Postq̃ hyemem fugitant:nimii quoq; frigoris hymbrem:
Oceani aduolitant refluos clangoribus æstus.
Cædem pygmæis populis clademq; ferentes.

Non enim p Græciæ quidẽ loca grus ad meridiẽ delata spectatur. In Italia uero; & Hispania nullo modo uel Caspia:uel Bactriana. Ad meridianã igitur oram maritimã cunctam extendente se oceano:ab uniuersa fugitantes hyemem:& traditos in fabulis pygmæos admittere oportet. Quod si posterioris ætatis homines æthyopas ad eos:qui iuxta ægyptum habitant solos traduxerunt. Sic etiam Pygmeorum sermones nihil ad antiqua pertinent. Etenim argiuos:& achæos non cũctos dicimus qui aduersus Ilium expeditionem suscepe. Homerus autẽm omnes appellat. Simile & quod loquor est de bipartitis æthyopibus. Omnes accipiendi sunt:qui ad oceani oras extenti incolunt:ab oriente usq; ad occidentem solem. Nam qui sic appellant̃ æthyopes bipartiti naturaliter sũt sinu arabico sicut instar fluminis:meridiani circuli partitione non contemnenda:longitudine ferme stadiorum supra quindecim milia. Latitudine non multo maiore q̃ mille:ubi maxima est. Insuper & longitu-

Pygmæi
Aethyopes

dini illud adest:istius sinus secessum a Pelusiaco mari tribus uel quattuor diebus distare:q terra ipsa
Isthmos interiacens idest Isthmos continet. Sicut igitur qui eruditiores Asiam ab Africa diuidunt: hunc esse
natura cōmodiorem arbitrant terminū:utriusq; terræ sinum siue Nilum. Illum nāq; omniformiter
fere a mari ad mare peruenire. Nilū autē multipliciter ab oceano distare:ita ut minime asiā omnem
ab africa diuidat. Hunc in modū & ego poetam ipsum puto oīs meridianas partes hoc ipso sinu per
totū terrarū orbē biptire iure cogitasse. Quonam.n.modo terram ipsam intermediā.i.Isthmō igno
Thebæ raret:quā ad ægyptiū pelagus ipse facit. Et enī penitus absurdum ē: si ægyptias Thebas plane nouit
quæ a nostro mari paulominus stadiis quinq; milibus distāt:recessum aūt sinus arabici minime no
uerit:nec mediā ipsius latitudinis tellurem:quæ nō plusq̄ mille stadiorū latitudinem habet. Multo
aūt absurdius uidetur:si ab eodem cognito Nilo:qui tantæ regionis idē assecutus est nomē:eius qui
dē causam non inspiciebat. Præcipue uerò illud ab Herodoto dictum incidit. Cur regio donū erat
fluminis:& ob eā causam merito idē assequebat nomen. Alioquin ex iis:quæ apud oēs gentes ꝓpria
habentur:ea notissima sunt:quæ admirationem quādam habent:& in aperto cūctis extant. Tale &
Nili incrementum est:& exaggeratio pelagi. Sicut & ad ægyptum delati:nihil prius de regione ipsa
perscrutantur:q̄ Nili naturam. Cum indigenæ nihil hisce maioris nouitatis ad hospites narrandum
habeant. Nec ullas rerum suaꝝ illustriores. Nam scrutanti de flumine manifesta fit regio qualis to-
ta sit. Ita & qui longe audiunt nihil antiquius habent:q̄ ut hoc ipsum inquirant:ad hoc & illud adii
citur:quanto & ipse poeta discendi studio:& peregrinandi cupiditate teneretur. Quarum rerū testi-
monio sunt:tum uitæ suæ scriptores:tum exempla plurima suis de poematibus desumpta. Hic igit
ex multis potissimū arguitur:& cōprobatur:cū dicenda eloquenter exponat. Et admodū uulgata si
lentio prætereat:ut per Epitheta.i.adiectiua dicat. Aegyptios aūt & syros ad quos noster nūc sermo
est mirari oportet:q eo disserente:ne suæ quidē gentis:& agri res intelligant. Sed & inscitiā hoīs in-
cusent:cui obnoxios illos esse ratio ipsa demonstrat. Simpliciter autē non iccirco ignorantiæ signū
est:qua non æloquat aliquis. Nec enim Euripi mutationes:nec Termopylas: nec alia cōplura inter
Græcos celeberrima cōmemorat:haud tamen ignorasse dixeris. Quod iis minime uidetur:qui spō-
te sua surdas occludant aures. Qui quidē uehementer accusandi ueniunt. Poeta sane perrapida & in
cita flumina nūcupat:non torrētes solum:uerū omnia cōmuniter:quoniā hymbribus aquæ pluuiæ
oīa cōplentur:at(quod cōmune est)excellentioribus peculiare sit. Aliter.n.torrentē: aliter perpetuū
fluentū a Ioue incitatū audires:hic nāq; aliquo modo conduplicatur excessus. Et sicut nonnulli sup
excessibus excessus sunt:ut illud. Leuiorē subire umbrā. Et illud:formidolosiorē lepore:Phrygē. Et
illud. Agerminorē tellurē habet:q̄ epistola laconica. Sic excessus super excessum concurrit. cur inci-
tus a Ioue Nilus dicitur. nā rapiditas torrentis cætera superat flumina:usq; adeo incitus præcipitat.
At Nilus ipse etiā torrentes excellit in tantā uim magnitudinis:tpibusq; repletus. Itaq; quando ipsi
poetæ cognitus illius erat euētus:ut fabulati sumus:etiā de illo tale usurpauit adiectiuū. Quod nec
alio q̄ diximus pacto accipiendū est. Pluribus aūt erūpere ostiis:quia etiā cōmune pluriū est:ꝓpterea
mentione dignū nequaq̄ suspicatus est. Et eo magis quia ad scientes loquebatur. Sicut & Alcæus se
se in ægyptū peruenisse professus. Exaggerationes aūt & incrementa:& ex iis facile possunt intelligi
Pharos quæ de Pharo tradidit. Is.n.de Pharo sua tēpora posteritati cōmendās:magis q̄ fama cōmunis dixit.
Quippe quod a continenti tantū abesset:quantū per diē nauis cursus est:haud sane falso uulgatum
erat:incrementa & exaggerationes tales extitisse. Cōmuniter illū audisse crediderim. Ex quibus poe
ta in unū conferens:Insulā plus a terra continenti distetisse:quom Menelaus aderat:q̄ tunc suo tem
pore fabulamenti gratia:longe maius adiecit interuallum. Fabulosæ uero fictiones non ignorātiæ
causa fiunt. Signa enim profecto sunt:neq; de proteo scripta siue Pygmæis:neq; ipse ueneficioꝝ po
testates:neq; siquid huius generis tale fingitur a poetis. Haud.n.per locorū ignorantiā:sed per oble-
ctamenta & lætitiam dicuntur.

Quonam igitur pacto aquarum exptem:aquas habere dicit?

Commodus est portus bene structas unde cannas
Post haustas lymphas ponto induxere natantes.

Sed neq; Scaturiginē defecisse impossibile:neq; aquationē ex insula fuisse inquit: sed adductionem
solā propter portus ipsius uirtutē. Aquam uero ex ulteriore continente haurire facultas erat profi-
tente quodāmodo per insinuationē poeta:quod non ad ueritatem:sed ad excessum figmentumque
poeticum pelago dixit ambitam. Quando quidem de Menelai errore dicta:locoꝝ illorū ignorātiæ
adiumentum uidentur afferre. Forte satius:ut in uersibus quæsita exponētes hæc ipsa præcidamus:
& de poeta clariorem suscipiamus defensionem. Telemachum regiorum tectorum ornamenta mi-
rantem sic Menelaus alloquitur.

Menelai errores

Multa quidem passus:multisq; erroribus actus:
Nauibus octauo ueni peruectus in anno.
Cyprum & Phœnicen ægyptia pulsus ad arua.
Aethiopasq; uagans:& sidonios & erembos
Et libyen adii.

Quærunt autem quosnam ad æthiopas nauigans ab ægypto profectus fuerit:quoniā maria nostra

nulli æthiopes incolunt. Neq; per descensus Nili præcipuos:idest cataractas ullus est nauibus tran-
situs. Et qui Sidonii sint non enim illi sunt qui in phœnice habitant. Cum enim genus antepofuif-
set:speciem nequaq̃ addidisset. Quiq; Erembi:nouũ náq; est uocabulum. Aristonichus quidé ætate Aristoni-
nostra Grammaticus in libris:quos de Menelai errore ædidit complurium uirorum sententias cir- chus gram
ca oĩa ibidem occurrentia capita conscripsit. Sat erit nobis:si longiora præcidentes eos tãtum disse- maticus
remus ex iis q eius nauigationem ad æthiopiá narrát. Nõnulli circũductũ per gades cursũ tenuisse
ad Indicam usq; regioné inducunt. Simul errori & tempus accomodant:cum dicitur.

Nauibus octauo ueni peruectus in anno.

Quidam per Isthmum:idest per intermediam terram:& sinum arabicũ. Alii p fossas aliquá. Circũ-
ductus aũt cursus minime est necessarius:qué Crates introducit sic ĩpossibilé esse. Eteni Vlyssis er-
ror ĩpossibilis. Cæteræ ad materiam Mathematicá minime utilis:neq; ad erroris tépus. Inuitæ náq;
moræ:& nauigationis incommoditates eum detinuerunt:cum dicat:quod e nauibus sexagintaqn-
que:reliquæ superfuerant & quidé spõtaneæ colligédæ pecuniæ gratia. loquit. n. Nestor.

Ille ubi permultum cogens censum:haud minus auri:
Nauibus errabat phœnicen inde cyprumq;
Aegyptumq; uagaos.

Ipsa quidem nauigatio per Isthmũ. i. terrá intermediá:aut p fossas acta:enarrata quidem : in fabulæ
formá audiéda erat. Nõ enarrata aũt supuacue & ĩcredibiliter ĩtroduceret utiq;. Incredibiliter ĩquá
q ante Troiana tempora ne una quidá fossa erat. Qui aũt facere conatus est. Sesostrin fuisse aiunt.
Cæteræ iccirco destitisse:q maris summitaté sublimioré esse deprehéderat. Terra ét ipsa itermedia
haud ullo nauigari pacto poterat. Eratosthenes haud rectá in eo facit coniecturam:q ad colũnas ut
ĩgt nondũ fracta tellus erat:ut huic interiori continuaret exterius pelagus:ne cũ sublimius eét ter
rá operiret itermediá. Diruptione uero facta humilius esse deprehensum & Casii & Pelusii agrũ ad
rubrum usq; mare detexisse. Quá igit de eruptione ista habemus historiá:quod ante Troiana tépo-
ra non extitisset:Fortassis pariter Vlyssem hac in oceanum enauigasse fecit:diruptiõe iam peracta:
Pariter autem Menelaum ad mare rubrum ab ægypto classe transisse:diruptiõe necdum facta. Sed
enim & Proteum sic illi dicentem introduxit.

Te uero elysium ad campum:uel ad ultima terræ.
Celestes mittent.

Quæ nam igitur & quod occidentalem hunc extremũ locum dicit.

Adiunctus zephyrus declarat & ultima terræ:
Ast late zephyri stridentia flamina:semper
Oceanus fundit.

Hæc ambigui plena sermonis:& enigmatis. Si igitur medium hũc agrũ poeta: & cõfluũ quãdoq; ex
titisse tradidisset:quáto maiorem ad id fidé haberemus:bipartitos æthiopas fuisse:tanti maris inter
sectione disiunctos: Quæ pecuniarũ collectio & quæstus ab exterioribus & Oceanum colentibus
æthiopibus. Atqui Telemachus regalium ornamentorum magnitudinem admiratur.

Electri atq; auri argenti simul:atq; elephanti.

Verum nulla horum præterq̃ elephanti facultas illis adest. Plurimi. n. & imprimis Nomades pasto-
res rerũ omniũ mediusfidius médacissimi sunt. Adiacet Arabia usq; ad Indiá. Ex iis sola ex oĩbus al- Arabia
tera felix uocat. Alterá & si talé nõ nominát putát tamé:& felicissimá esse scribũt. Indicam quidem
ignorauit Homerus. Quá si nouisset profecto & meminisset. Arabia quæ hac tépestare felix appella
tur illis téporibus minime locuples erat. Quin & ipsa admodũ erat egena. Cuius ciuitas fuit homi-
num in tétoriis degentium. Scenicorum scilicet. Pars ipsius rara ferens aromara. Vnde regio uoca-
bulum consequuta est. Quia talium penes nos rerũ pondus & rarum:& preciosum é. Hac quidem
ætate ubertaté habét:& ditescunt:cũ frequens:& copiosa mercatura facta sit. Tunc autem minime
credibile. Ipsorum gratia aromatum:& odoramẽtorũ negociatori pariter: & camelario talium rerũ
facilis copia est. Menelao uero principalibus spoliis simul:& regum muneribus opus erat:qui & ha-
berent quod erogarent:& libenter cuperent pp uiri claritaté & gloriam. Igit ægyptii:æthiopesq; p-
pinqui:& arabes nec omnino inopes erát. Nec atridarũ fama illorum aures effugerat. Præsertim ob
res in bello troiano magnifice gestas. Vt capessendæ ab illis utilitatis spes oriretur. Sicuti de Aga-
memnonis Throace fertur.

Quem signum hospitii cinyres donauerit olim
Maxima cypriacas uolitarat gloria in oras.

Maius náq; erroris spaciũ in Phœnice:Syria ægypto:& Africa fuisse dicédũ est:& Cypri locis:& sũ-
matim p maritimá nostram & insulas. Etenim eũ ab his mũera cõparasse & ab inuitis discursando
prædas uendicasse. Potissimũ ab iis troiani belli socii fuerũt:hinc factum est. Qui uero exterius &
longinqui fuerant Barbari nullam eius generis spé ostentabát. Menelaus igit in æthiopiá uenisse di Menelai er
citur. Nõ quod adusq; terminos ægypti uenerit. Forsan. n. propinquiores thebis erát ea tépestate ter- rores
mini. Cæterũ & q nũc ad Syenen:& Philas ptinent termini ppinqui sũt. Quorũ illa quidé ad ægy- Syene
ptũ est:Philæ uero æthiopum : & ægyptiorum commune domicilium est. Eum igitur ad Thebas philæ,

profectũ licet,uel ad usq; terminos:uel ultra æthiopas:& eo amplius:q; regali fretus esset hospitio:
Vlyssis errores
haud ullum inconueniens,Sic & Vlysses se ad Cyclopũ terrá peruenisse inqt: e mari ad speluncá usq;
profectus.Et.n.uspiá in extremo cõsistere ait:& in æoliá quidé:& ad Lestrygonas:& aliorsũ;ubicũq;
stetit i anchoris:eo puenisse differit.Eodé modo Menelaus in æthiopiá.Sic etiá in Africá: q; alicubi
Ardania Menelaus portus
ad ea loca applicuit.Ex quo & Ardaniæ portus supra Partonium:Menelaus uocat.Quod si phœni-
ces & Sidonios interloquendum:idem eorum Metropolin nominat: consueta utitur figura. Sicut
Troas adit:simul hectora naui.& illud

Magnanimi nec erat proles tunc œneos ulla.
Is nec erat,meleager obit sub funere flauus.& illud.
Idam adeunt & gargaron.& illud.
Euboeamq; tenent cum chalcide,eretriamq;
Et sapphon.
Seu te cyprus habet:seu te paphus:atq; panormus.

Et pterea loci alii superát.Atq & cũ iá phœnicis meminisset:pprie & Sidoné cõnumerasset.Denuo
inqt:quod nõnulli inquirunt ad connumerádas eni ordine gentes satis erat hunc in modũ dixisse.

Cyprum & phœnicen:ægyptia littora oberrans.
Aethiopasq; adii.

Vt autem & Sidonios peragrasse:& eá amplius peregrinationem exprimat:eorum fœlicitatem lau-
dibus manifestat:siue repeteret:siue assumeret ex artis bonitate se bene habere.Et Helenam cũ Ale
xandro hospitaliter acceptam ab eius loci hominibus.
Quocirca & Alexandro multa eius generis adsistere dicit.

Vestis erat uaria:quam perfecere mauite
Sidoniæ:sidone uehit quas nauibus ipse
Pulcher Alexander.

Viam quoq; per quam subuexit Helenam:& apud Menelaũ exponit.Telemacũ eni alloqués ait.

Extructum cratera dabo:est argenteus omnis.
Labra micant auro perfecta:est mulciber autor.
Sidonius tribuit rex nunc clarissimus heros.
Illuc me placida protexerat æde reuersum.

Mulcibris opera
Ad excellentiá dictũ accipere oportet.Est Mulciber autor.Sicut etiá pulchra opera Mineruæ dici-
tantur:& gratiarum & musarũ; cum quod hoies ipsi ornatissimis artibus celebrati essent.Homerus
Mineruæ opera
Craterem laudibus extollens ostendat.Quem Euneus pro lycaone tradiderat,ait enim

Ipse decor reliquos toto uincebat in orbe.
Gratiarũ opera
Sidonii ingenius uariis atq; arte crearunt.
Attulerantq; uiri phœnices.

Erembi
Multus etiam de Erembis factus est sermo.Longe uerisimilius dixere: qui eos Arabes esse putant.
Noster autem Zeno hoc modo scribit.

Aethiopesq; adii cum sidoniis arabasq;.

Scripta quidem cum peruetusta sint:mouenda non sunt.Satius est uocabuli mutationem accusare
quæ per multa:& cunctis ingentibus.uulgata extitit.Quippe nõnulli uariatis litteris ipsum fecere
nomen.Optime & in hoc loco dixisse uisus est Posidonius:qui ab gentium cognatione & commu-
Armenii Syri Arabes
nione ueram nominis rationem idest Etymologiam explicat.Nam Armeniorũ:Syrorum:& Arabũ
natio magnam præ se fert generis coniunctionem:seu linguam:seu uiuendi ritus:siue corporis linia
menta consyderes:cum maxime finitimi sint.Indicio est Mesopotamia ex hisce tribus constituta gẽ
Mesopotamia
tibus.Præcipue ex iis similitudo manifesta est:q; siqua sane fit trans climata differentia ea ut pluri-
mum fit inter septentrionales:& meridionales populos:& cum iis inter illos præcipue qui regionis
Arimani Arammei
incolunt terminos medios.Sed quod cõmune est obtiet.Assyrii quidem & arimani: & armenii quo
dammodo pariter se habent:& ad hos & ad se inuicem.Harum uero gentium appellationes inter se
q; similes esse iretur,Ipsi enim Syri:quos Syros nos ipsi uocamus:Arméios & arammeos uocát, huic
autem uideri armenios & arabas;& Erembos,græcis fortasse ipsis hoc modo arabas uocantibus.Si-
mul & ad id uera uocabuli significatione:idest Etymologia adiuuante.Quia enim terram subeant:
Troglodytæ
idest antra: multi troglodytas quasi antricolas; quos suscipientes posteri;uulgo per nominis ety-
mologiam apertius troglodytas dixere. Hi ex arabibus sunt qui ad alteram sinus arabici partem
uergunt ad ægyptum & æthiopiam.horum meminisse poetam; & ad eos Menelai profectionem
dixisse credibile est;& eo ad æthiopiam quem dixi modo. Et enim hi quoque Thebaidi propin-
qui sunt:similiter non operandi: aut lucrandi gratia nominati: haud enim hoc multum esset: ue-
rum peregrinationis longinquitate:& celebritate.Celeberrimum est nanq; tam remota peragrasse
loca.Tale & illud est.

Hic hominum multas urbis & pectora nouit.
Arabus
Plurima perpessus multisq; erroribus actus.

Hermaon
Hesiodus in catalogo inqt:Arabi puellá quá Hermaõ genuit.& Beli sollo.digna puellá regis: ut ait

Sthesichoris. Credendũ igitur est: q ab isto Arabia iam tum nominabatur. Heroũ uero annis nondum fortasse. Qui autem Erembos singũt: proprium unum Aethiopiæ genus: & aliud Cephenorũ: & tertium Pygmæorum: & alia innomerabilia minus credulitatis consequerentur: cum præter hoc quod haud fide digna proferant: quandam poeticæ & historicæ figuræ confusionem demonstrant. Similesq; illis sunt qui Sidonios in mari Persico: aut alibi ad oceanum ferant: & Menelai errorem: & Phoenicis extra oceanum ponentes. Huius autem incredulitatis causa est non minima: q sibiipsis dicendo inuicem aduersantur. Quidam enim Phoenicas: & Sidonios: qui nobis propinquiores sũt: ex oceano in Colonias deductos esse tradũt. Et quia a mari rubro sunt Phoenices idest rubros uocatos fuisse adiiciunt. Nonnulli illos ab istis esse dicunt. Sũt etiam qui æthiopiam in nostram Phoenicem traducant. Et res de Andromeda gestas in Iope contigisse aiunt. Non quidem per locorum aut rerum: quæ dicuntur ignorantiam: Sed fabulæ potius figura. Sicut penes Hesiodũ: atq; alios quæ profert Apollodorus nesciens profecto quem in modum ista Homeri rebus apponit. Res enim Homeri ad Pontum & Aegyptum apponit inscitiam causatus: quod cum existentia commemorare uelit: non tamen existentia commemoraret. Sed nos existentia: uelut existentia per ignorantiam. Hesiodum nemo utiq; inscitiæ criminarenir qui semicanes: & longa ferentes capita dicit: & Pygmæos. Hæc enim haud Homeri sunt fabulosa fingentis. Quorum e numero & isti existunt Pygmæi. Neq; alcmanis qui digitos interiectos alios pedum digitis scribit. Nec Aeschyli: qui canino capite: & oculatis pectoribus: & monoculos. Quibus in rebus nec ipsis qui pedestri sermone historiæ formam cõscribunt: mentem in multis adhibebimus: nisi fabulamenta sese conscribere profiteantur. Nãq; initio statim clarum est: eos fabulas sponte sua contexere: non per rerum ignorantiam: sed impossibiliũ figmento admirationis & uoluptatis gratia. At per ignorantiam putantur: quum maxime & credibiliter talia de occultis & ignoratis per fabulamenta conscribunt. Cæterũ Theopompus interdicendum sese fabulas in historiis narraturũ confitet. Melius q̃ Herodotus: & Ctesias: & Hellanicus & cæteri: qui res Indiæ litteris prodiderunt. Verum de obtingentibus Oceano: in fabulæ modum commemoratum est. Nam de illo coniectura poetæ facienda est. Ab aquarũ enim siccitatibus: & alluuionibus de charybdi fabulas ipse confecit. Cum tamen illa penitus Homeri fabulatio nequaq̃ existat. Sed ex iis quæ de freto Siculo ab historia traduntur ante comparata. Nam cum bis fiat die noctuq; reeur sus: si ter ille sic dixerit.

Phoenices Sydonii

Andromeda

Charybdis

Terq; die reuomit: ter sorbet inde refluxus.

Haud per historiarũ ignorantiam hoc fieri suspicandũ est: sed per miseriam ac terrorẽ: quem interloquendũ Circe permultũ adiecit auertendi gratia: ut ipsis in uersibus mendaciũ misceret: quũ ea dixit hunc in modũ.

Terq; die reuomit: ter sorbet: deinde refluxus.
Terrificum est tibi ne fueris sorbente charybdi.
Te neq; ab hac peste seruauerit ennogisæus.

Atqui eam in sorbitionẽ incidit Vlysses: nec tamen (ut inqt ipsemet) extinctus est.

Illa quidẽ falsos sorbebat ab æquore fluctus.
Ast ego tollebar caprifici in uertice summe.
Cui steteram fixus ceu uespertilio.

Tolerans inde naufragia: & ab eis rursus iterceptus saluus euasit. Vnde Circe mẽtita est: & sicut hoc sic & illud. Terq; die reuomit: pro Bisq; die reuomit: cum huiusmodi superlatio ab omnibus usurpetur. Vnde ter beatos: & ter infelices dictitant: & poeta ipse. Ter beati danai: & ter benigna: ter exorabilis. Et terq; quaterq; beati. Forte aliquis ex loco signum faceret: q aliquo modo ueritatem sub uelamine dicat. Ad id enim quod bis in utroq; diei ac noctis tempore fiat refluxus: magis conuenit: q̃ ad id quod tanto tempore ter demersa maneant naufragia. Tarde uero reiici cum optaret: & assidue ramis detineretur.

Ter pro superlatiuo

Continue specto reuomit dum ex æquore retro
Carbasa uel proram: sed spes tardissima uenit:
Quando e consilio uir coenæ ad fercula surgit:
Atq; fori lites diiudicat ordine multas:
Tempore i hoc te sonans mihi pandit dona charybdis.

Cũcta hæc: notabilis cuiusdam temporis indicium exhibent. Præsertim cum uesperam intendisse: ne communiter quidem inquit. Quando iudex exurgit. Sed quando lites multas diiudicat: ut ita uel longiorem quandam moram protrahat. Alioquin haud credibilẽ naufragio liberationem subiecisset: si prius q̃ extraheretur: confestim multo retro refluxus ipse recideret. Reprehẽdit autem Apollodorus Callimachum assentiẽs Eratostheni: quoniam licet esset grammaticus ultra Homericam materiam: & exteriorẽ per oceani locos cursum circa quem errorem asserit: Caunum nominat: & Corcyram. Quod si nullibi quidem error extitit: quin totum Homeri figmentum est recte fit increpatio. Sin autem extitit: uerum alia circum loca confestim illa dicẽda sunt: & illius corrigenda est ignorantia. Totum autem esse figmẽtum nequaq̃ uerisimile dicitur: quemadmodum ostendimus. Nec aliorum locorum prout maior demonstratorum est fides. Et a criminatione liberari Callimachus posset. Nec enim probe Scepsius Deme

trius:qui quorundã Apollodoro delictorũ causa extitit aduersus Cyzicenum Neanthem:ambitiose contradicens.Neanthes enim dixerat:ꝙ argonautæ ad Phasin nauigãtes:Homeri & cæterorũ dictis super nauigatione cõcordans:Ideæ matris sacra apud Cizicũ collocarant in ea regione principẽ. Nequaq̃ uero exploratã Iasonis peregrinationẽ ad Phasin Homerũ habuisse : hoc nõ modo cantatis ab Homero:sed etiam sumpsius dictis repugnat.Homerus enim Achillẽ:& Lesbũ: & alia loca populatũ
Euneus iasonis filius a Lemno:cæterisq; ꝓpinquis insulis sese cõtinuisse dicit ꝓpter Iasonis:eiusq; filii Eunei cognationẽ: ea tẽpestate insulæ imperiũ obtinentis.Quonã igit̃ pacto id poeta quidẽ sciuit:quod uel genere uel gente:uel uicinitate:uel quouis modo necessarii fuerat:& Achilles & Iason:& nõ aliunde sane:nisi ꝙ
Iolcus ambos Thessalos fuisse cõtigerat.Hũc quidẽ ex Iolco:Achillem uero e Pythia achiua. Id autẽ igno-
Pythia rabat unde euenisset Iasoni Thessalo:& Iolcio existẽti:quod is sibi in natali solo successorẽ & hæredem neminem reliquisset.Filiũ uero in Lemni ditione constituisset.Peliãq; & Peliæ filias : & earum
Eumelius præstantissimã:eiusq; filiũ nouerat Eumelum.

Alcestis Quem parit admeto matrona alcestis honora.
Quæ peliæ natas formas superauerat omnis.

At Iasonis casus & Argo:& argonautas uulgo manifestos:ne audierat quidẽ.Aetæ uero nauigationẽ per Oceanũ fingebat nullũ ab historia captans exordiũ . Nam ꝙ nauigatio ad Phasin primũ(ut oẽs asserũt)fidẽ habet mittente Pelia:& reditus ipse:& internauigandum:ꝙ insulas occuparit: & ꝙ sicut Vlyssi ac Menelao amplius mediussfidius factus est error:hac etiã monstrat̃ & credit̃ ætate:& ex Ho
Aeea urbs meri carmine.Etenim Aeea circa Phasin urbs ostendit̃:& regionis Colchidis imperiũ Aeeta tenuis-
Aeeta se credit̃.Et indigenis hocipsum gentile nomen illic est.Et Medeã ueneficam extitisse memoriæ tradit̃.Et regionis eius opes:& auri & argẽti:& ferri metallis.iustam quandã in ea loca expeditiõis suballegant occasionẽ.Quo Phryxum antea per mare transmisisse ferũt:& amborũ militiæ monumen-
Phryxium ta extant.Phryxiũ enim in Colchidis:& hiberiæ confinibus est:Et Iasonia multis in locis : & Arme-
Iasonia niæ:& Mediæ finitimis ostentant̃.Atqui & circa Sinopen:eiusq; maritimã oram & Propõtidem : &
Iasonis nauigationes Hellespontũ usq; Lemnũ,cõplura rerũ ab Iasone ac Phryxo ea in militia gestarũ ferunt̃ indicia. Colchorũq; Iasonẽ insectantiũ usq; in Cretã:& Italiã:& Adriam.Quorũ nonnulla quoq; designat Callimachus.Tũc quidẽ Aegleten linquẽs & Anaphẽ:uicinas Lacedæmoniæ There inchoat:& ab Aeeta Cytheo rursus ad antiquã semidei hermionẽ nauigauit.Tum de Colchis ait . Hi in traiectu Illyrico amissis remigiis apud flauæ armoniæ anguẽ oppidũ condiderũt . Quod quidẽ cum e profugis qdã
Polæ urbs Græcos asseruisset:at eorũ lingua Polas noiauit.Quidã maximã Istri parte Iasonẽ annauigasse com-
Ister memorãt.Aliqui autẽ usq; ad sinũ adriaticũ.Quidã sane per locorũ inscitiã.Alii per fluuiũ Istrũ dicũt:qui ab magno inchoans Istro effundit̃ in adriã.Hæc ꝓbabiliter:ac nõ incredibiliter dicta sunt. Poeta igit̃ tales nactus occasiones quædã historicis cõueniẽtia,minimeq; discrepãtia dicit.In his etiã seruato more suo:& cõi fabulas imiscet.Minime autẽ discrepat;quũ æetã noiatim explicat. Et Iasonẽ & argo dicit;& præter Aeean effingit:& Euneũ in Lemno cõstituit.Et Achilli dilectã facit insu-
Circe lam.Et præter Medeã Circen ueneficã perniciosi Aetæ sororẽ facit. Adiicit uero fabulose extra per Oceanũ occurrẽtes errores.ea in nauigatiõe cũ suppositis istis illud apte dicatur.Curæ existẽs oĩbus argo.Perinde ac cognitis in locis ac populosis nauigatione futura. Quod si quemadmodũ Scepsius inquit:Mimnermum testẽ accipiens:domicilium Aeetæ in oceanũ ad orientem faceret. Exterius Iasonẽ missum a Pelia esse:& pellem reportasse:nulla ratione credibiliter ea ad pellem transmissio diceret̃ ad ignotos obscurosq; locos:Nec ipsa nauigatio per deserta & inculta peregrinãs usq; adeo gloriosa:& oĩbus curiosa fuisset.

Nec uero ad pellem quo tempore scandit Iason:
Mœstum de terris ipse profectus iter:
Tristia crudeli peliæ certamina patrans
Oceani refluas tum petisset aquas.& illud.
Tunc radiis altæ sol splẽdidus actus in urbẽ:
Aeetæ aurans emicat in thalamis.
Littore ab oceani diuus ueniebat Iason.

Neq; probe illud Eratosthenes:quod de hominibus nulla dignis memoria amplius mentionem facit.Quorum nonnulla redarguit:nõnulla credit:& testes illos usurpat.Sicut Damasten : & alios generis eiusdem.Quoniam & si quid ueri prædicant;non in eo testibus illis uti oportet . Nec ob eam causam fides est eis habenda.At dignis & grauibus tantummodo uiris sic utendum est:qui quidem permulta bene,disseruerunt.Multa uero omisere:uel non satis plene explicuere.Nec uero falso teste utitur Damaste ; nec quicq̃ differt:si testem uocaret Bergeum uel Messẽnium Euemerum : & reliquos quos ille nominat:eorum ambages accusans.Ipse horum unum deliramentum commemorat
Choaspes fluuius quod Arabicum sinum lacum esse censent . Diotimen quoq; Strombichi filium legationes Atheniensium enarrantem e Cilicia per Cydnum in Choaspen flumen adnauigasse : qui præter Susa de-
Susa fluit.Et quadragesimo demum die ad Susa peruenisse . Hæc sibi narrasse Diotimẽ . inde miratur si
Cydnus fluuius possibile fuit.Cydnum interciso Euphrate atq; Tygri in Choaspen irrũpere . Aliquis nõ modo hoc annotauerit:sed & alia,quod de locis sua nondum ætate cognita singula exquisita digeste esse dicat.

iubensq; ne leuiter quibuscunq; fidem adhibeamus:& causas pluribus reddens : propter quas haud
ita nobis fides præstanda quibusuis sit.Sicuti de Ponto:& de Adria:ipse tamen nescio quibus credi-
dit.Igitur Issicum sinum longe magis ad Orientem expositum q̃ mare nostrum putauit.Signum cũ Issicus si-
orienti uicinior tribus ferme stadiorum milibus sit:q̃ Dyoscuriade quæ in secessu Ponti est.Et secũ nus
dum ipsum ex stadiorum mensura:quam de adria dicit & septentrionalia & alia nominatim loca ex Dyoscuria
trema exponens a nulla temperat fabulatione:fidem quoq; præterea habuit de exterioribus colum de
nis Herculis pluribus fabulamentis:& insulam Cernen:& alia nominans loca: quæ hisce tẽporibus
nusquam monstrantur:de quibus memoriam postea faciemus.Vetustissimos inquit aut piraticam
aut mercaturam exercentes eo nauigasse:non in pelagus quidem egressos:sed Iasonis modo præter
littora permeasse.Quem quidẽ in Mediam usq; & Armeniam & Colchos nauibus omissis bellum
intulisse.Postremo dicitat antiquis temporibus neminem aut mare euxinum : aut præter Libyam
Citram Ciliciam nauigiis adire ausum.q̃ si antiquos eos dicit qui nostrã ante fuere memoriam de
illis seu nauigarint seu non:nulla mihi sane cura est.Sin eos inquit qui memoriæ produntur nullus
eloqui sane torpesceret aut uereretur:quod ueteres & maritima:& terrestria longinquius emẽsi fue
runt itinera q̃ posteriores uideantur:si animos ad ea quæ de illis posteritati scriptis cõmendata sunt
adhibuerimus.Sicuti Liber pater Hercules:& Iason ipse quidem.Illi etiam de quibus poeta cecinit.
Vlysses Menelaus Thesćus Perithous:qui longinquas subiere militias:ut fama fert : ut immortalia
de se monumenta relinquerent:ut etiam ad inferos usq; penetrarent . Castorem & Pollucem maris Castor
curam suscepisse:& nauigantium saluti præesse.Minoem maris imperium tenuisse . Phœnicũ item Pollux
nauigationem:qui etiam extra columnas herculeas egressi fuere:& ibi urbes condidere: & ad medi-
terranea Africæ oráq; maritimã paulopost Troiana tempora.Aeneam & Anthenorem & Henotos:
& simpliciter omnes qui e Troiano bello in uniuersum terrarum orbem pererrarũt:dignum est ne
quã inter uetustos homines recenseri.Cum autem græci similiter & barbari ob longiora militiæ
tempora domestica bona & facultates bello partas amisissent:obuenit utrisq; ut euerso ilio uicto-
res per egestatem ad latrocinandum uerterentur.Et uicti bello superstites multo magis:a quibus &
oppida plurima condita per omnia littora extra Græciam feruntur:& ad nõnullos mediterraneæ lo
cos.Ipse autem æloquutus quousq; habitabilis ad cognitionem post Alexandrum : & eius ætatem
perlata sit ad faciendum iam de forma sermonem transiit:non tantum de ipsa dico habitabili:quod
quidem de illa sermoni proprium magis esset:sed uniuersa de terra.Huius autem faciẽda quoq; est
memoria.Modo ne præter ordinem.Profatus itaq; q̃ tota rotunda existat: non quidem ut tornati-
lis cum inæqualitates quasdam habeat:inducit q̃ globi illius particulares sint transfiguratiões:quæ
aquis & igne & terræmotibus:& exhalationibus:& aliis generis eiusdem cõtingunt.Neq; hac in par
te rerum seruans ordinem.Nanq; rotunditas totam terram ab ipsa totius uertigine prouenit : tales
uero transformationes totã minime terram permutant.Etenim in magnis quæ sic parua sunt eua-
nescunt.alias uero atq; alias terræ dispositiones efficiunt.Aliasq; ac alias propinquas habent causas.
Præcipuam uero quæstionem præbuisse dicit:quonam modo fiat ut duobus tribusq; stadiorũ mi-
libus longe a mari intra mediterraneam frequentibus in locis concharũ & Ostreorum & Cherár-
dum magna cernatur multitudo & salsi lacus:sicut circa templum Ammonis:& uiam qua itur ad il
lud trium milium stadiorum esse dicunt.Per multam enim ostreorum effusionem extare. Non pa-
rum etiam hac tempestate salis inueniri.Maris præterea exhalationes in sublime reiici.Prope ipsum
etiam maritimarum fragmenta nauium ostentari:quæ hiantibus terris escaturiuisse tradunt.Super
columellas incubare delphinas hanc inscriptionem habentes Cyrenensium spectatorum.Hæc effa-
ctus stratonis Physici commendat opinionem:& Xanthi Lydi qui regnante Artaxerxe ingentẽ adeo
fuisse siccitatem ait:ut flumina lacus putei defecerint. Eumq; ipsum multis in locis a mari longin- Siccitas in-
quius uidisse lapidibus inhærentes conchulas:pectines & testarum formas . Salsumq; lacum in Ar- gens
menius & in Mattienis:& in inferiore Phrygia:quas ob causas persuasum habere campos illos mare
aliquando fuisse.Strato autem causas & rationes magis attingit:quoniam existimare se dixit . Euxi-
num initio ad Byzantium os nequaq̃ habere.Flumina uero in ipsum irrumpentia uiolenter aperuis
se.Deinde aquas in Proponndem & Hellespontum excidisse.Ideq; in nostrũ euenisse mare.Ibi enim
ad columnas cum mare amnibus impleretur effractũ esse transitum.E quorum effluentia quæ coe Creticum
nosa prius fuerant:patefacta sunt loca.Causam uero affert . Primum quidem quod exterioris & in- mare
terioris maris aliud fundum & alia sedes ima est . Deinde quia uitta quædam sub aquis ex Europa Siculũ ma-
in Africam protenditur:quasi antea interius & exterius mare unum esset : & fundum esse in Ponto re
breuissimum.Creticum uero & Siculum & Sardoum pelagus profundum esse uehementer . Amni- Sardoũ ma
bus enim plurimis & maximis a septentrione & oriente labentibus:illa limo repleri : & alia profun- re
da manere.Quocirca Ponticum mare dulcissimum esse:fluere uero ad locos : ubi magis fundũ in- Põticũ ma-
clinatur. Videri & Pontum ipsum humum altiorem tollere posse posterius:si tales permaneant in- re
fluentiæ.Nã & sinistras ponti partes nunc oceano increscere.Salmydessum uidelicet:& ea quæ nau- Salmydes-
tæ uocant pectora ad Istrũ & Scytharũ deserta.Vtq; & ipsum Ammonis templũ superioribus an- sum
nis mari propinquum:ob effluentiam hoc tempore in mediterraneam iacere . Ipsum etiam oracu- Ammonis
lum cum mare uicinum esset eo celebritatis & notitiæ peruenisse iure quidem suspicatur . Tantúq; templũ

loci a mari disiunctionem haud fane nominis claritatem & gloriam uerisimiliter hac ætate posse facere.

Casius mons Sarbonis lacus

Aegyptũ etiã priscis temporibus ad pelusias usq; paludes: & monté Casium lacumq; Sarbonidem maris inundationibus opertã fuisse. Nunc quoq; dum per ægyptũ huiusmodi effoditur falsedo: etiam sub arena salsa refertæ conchylus foueæ reperiuntur: Perinde ac agro maris aquis inundato. Locus enam omnis ad Casium & ad scuta (sic enim appellant) palustré limum habebat: ut maris rubri summũ attingeret. Mari autem cedente detectũ extitisse: & lacum Sarbonidé mansisse. Inde & hunc effractum & palustrem factum. Similiter & salsi lacus ripas maris magis q̃ fluminis uideri. Iccirco magnam continentis parté quibusdam temporibus inundatam: & rursus detectam extitisse concederes. Eundé in modum inæquale profundum terrã nunc totam esse sub mari. Sicut mediusfidius & quæ emersit quã incolimus: quæ tot permutationes admittit: quot uerbis prosequutus est Eratosthenes. Eas ob res aduersus Xanthi dicta nihil absurdũ profecto proferas. In Stratoné autem dici potest: q; cum multæ causæ adsint: illis omissis quæ non sunt criminatur. Primã etenim inquit causam: q; exterioris & interioris maris non idem pauimentum ac fundum est. Ad hoc enim quod altius tollitur: aut in ima declinat: aut aliquos inundat locos: & ab illis refugit: hanc ipsam minime causam esse. Alia uero & alia esse pauimenta: & hæc quidem esse humiliora: hæc auté eminentiora. Verum ipsa quoque pauimenta nunc quidem in sublime scandere: nunc autẽ in ima esse deducta. Simulq; & pelagus tollere & inclinare. Altius quidem elatum inundare. Pressius uero in pristinum recurrere statum: quod si sic est: opus erit repentino maris incremento inundationem euenire: sicut crescentibus undis & fluuiorum ascensibus interdum altera ex parte aqua infertur: interdum rursus exaugetur. neq; uero incrementa aggerata & repentina fiunt: nec inundationes tempore tanto permanent: nec inordinatæ sunt: nec in alterum inundant mare: nec ubi euẽtus tulit. Reliquum igitur est: ut in pauimentu causa ponatur: aut in eo quod mari subiectum est: aut quod inundat. Immo uero quod sub undis est. Humidum nanq; ualde mobilius est: & permutationes celerius suscipere potest. Etenim horum omnium causa spirabilitas. hoc magis in loco: uerum (ut dixi) hinc talia fiunt accidentia quod fundum & ipsa pauimenta interdum extolluntur: interdum resident: nõ autem q; aliqua sublimia sint: aliqua uero minus. Is autem assumit hoc quum id mari obuenire putat: quod & fluuius accidit q; ab altis locis fluentia sint: haud enim fluxionis ad Byzantium causam diceret e fundo esse: quod Euxini alueum altiorem esse dicat: q̃ uel in Propontide: uel in reliquo deinceps pelago simul & causam apponens. Nam ex limo e fluminibus delato fundum repleri ac breuius fieri.

Propontis

Quamobrem ad exteriora elabi. Eandem uero rationem in mare nostrum uniuersum traducit ad exterius: ut hoc altiora efficiat fundamenta: q̃ quæ Atlantico subiecta sunt pelago. Etení hoc quoq; ex pluribus impletur amnibus: & desecationem limi pro sua quantitate decolandi suscipit. Irrũpentem igitur per columnas & Calpen fluxum ei qui ad Byzantium est: similé fieri opus erat. At istud quidem omitto. Et enim hoc ibidem contingere decet. Distrahi uero circa æstuaria & inundatiões & occultari. Istud interrogo quidnam prohiberet priusq̃ Byzantios aperiretur. Cum Euxini fundũ Propontide: & reliquo deinceps mari sit humilius: fluminibus ĩpleri: seu mare fuisset antea: seu Meotidis palus amplior. Nam si hoc concedatur: & illud interrogabo. Num illius & Propontidis superficies aquæ non ita se habebat: ut quoad usq; ea erat ad effundendum nequaq̃ impelleretur: propter aduersam ex equo resistentiam & oppressionem. Postea uero q̃ internũ mare superabundauit: quod uberius erat euidentius fluxum reppulit. Qua ex re interius & exterius in unum confluxere pelagus. Et eandem cum illo mari faciem accepere: siue marina: siue palustris prius erat. Postea uero marina facta propter permixtionem & inualescentiam. Si enim hoc dabunt fluxus qui nunc est haud fane impediretur. Non a superiore fundo: neq; decliui quod ratus est Straro. Ista uero & ad nostrum mare totum: & ad exterius transferre non in fundis: aut eorum inundationibus effluentiæ causam ponentes: sed in fluminibus ipsis. Quandoquidem non incredibile est secundum eos etiam: & si totum mare nostrum antea paludem fuisse contingeret: quod a fluuius impletũ superũdans per angustias columnarũ excideret: quasi per cataracten assidue crescens: & magis in unum confluens mare effectum temporis diuturnitate: & unam in faciem concurrisse: ac propter inualescentem potentiã in marinas euasisse aquas. Non autem omnino naturale fluuiis comparasse pelagus. Illi enim per decliua allabendo ferũtur. hoc uero indecliue perstat: freta uero intra terras agitant alio quodam modo: non secundum limi ex fluminibus prolapsum altitudinem pelagi reddentem. Nanq; aggeratio circa ipsa fluuiorum ostia consistit. Sicut in Istro ea quæ pectora dicuntur: & in Scytharum solitudine & in Salmydesso: aliis etiã ad hoc torrentibus opem afferentibus.

Calpe

Euxinus

Phasidis littus

Ad Phasin uero Colchicum littus est arenosum & depressium ac molle. Ad Termodõtem autem & ad Irin tota themiscyta totusq; campus amazonum: & maior Sidenæ pars. Sic enim & in aliis. Omnes nanq; Nilum imitantur ante ipsos meatum existentem in terram continenté redigentes nonnulli plus nonnulli minus. Minus quidem qui non multum deferunt limum. Plus uero qui permultum & mollem transeunt agrum. Torrentesq; plurimos accipiunt. A quibus est Pyramus: qui magnam Ciliciæ partem adiecit: de quo tale est æditum oraculum.

Pyramus torrens

Tunc erit undisonus late cum pyramus olim
Littora perfundens cyprum labetur in almam.

In Mediis enim Cataoniæ campis nauigabilis delatus:& per angustias Tauri in Ciliciam elabens ad
oppositũ huic & Cypro transitum erumpit:ne autem delata a fluminibus terra in pelagus deueniat:
causa est:quia mare natura ipsa refluens eam reuerberat. Animátibus enim simile est:ac sicut ille spi-
ritum assidue admittunt & remittunt;sic mare semper in se & ex se recurrenti quadã agitatione mo- Mare cur
uetur. Id autem perstanti in littore indicat fluctuatio:pariter enim pedes aluunť & nudantur:& rur- moueť
sus aluunť;& istud assidue;& fluctui superincurrit quoq; unda; & si tranquillum sit uim quandam
maioré habet:ut omnia aliena eiiciat in terram:magnũ indicium est e mari alga per multa in littus
proiecta:hoc magis spirante uento cõtingit. Ceterũ & in malacia & tetræstribus flatibus. nihil enim
minus fluctus ipse in terrã fertur contra reflante uento. sicuti proprio quodá maris motu cũ eo pa-
riter agitato. Tale & istud est.

Fluctus in extremis curuans attollitur altus:
Sordentéq; uomit spumã.& illud:
Littora iam reboant:foras eructatur aquæ uis.

Igitur ipse undarum impetus ad aliena propulsanda uim quandam habet. Et hanc maris purgatio- Maŕ undæ
nem quampiam esse ferunt:per quam & cadauera:& naufragia unda expellente ad terras extrudun-
tur. Nec ipsa tantam uim habet reuersio:ut uel defunctum corpus uel lignũ uel suber a fluctu reii-
ciatur in terram. Sic & uicina mari loca subter captante unda ruunt in pelagus. Sic & terram & tur-
bulentam secum aquam exundare contingit. Et adiuuante simul pondere; priusq̃ ultra in pelagus
erumpat onus ad terram inferius defertur. Nam & fluminis uis ipsa quiescit; cum ab ore paulisper
fuerit egressa. Hunc igitur in modum possibile fit ut pelagus omne ab ipsis inchoans littoribus cœ-
num obducat;si assidui amnes affluant. Id obueniret utiq; si pontum Sardonico pelago profundio- Sardoũ ma
rem esse supposuerimus. Quod supermensurara mille passibus profundissimum esse aiunt: ut au- re pontus
tor est Posidonius. Talem igitur causarum ratiocinationem quidam minus admitteret. Ex manife-
stioribus & quotidie quodammodo perspectis potius applicandus est sermo. Nam diluuia & terra-
rum motus:& exhalationes & tumescentiæ mersæ mari telluris sublime tollunt mare. Illud autem
subsidentiæ humile reddunt. Haud enim laminæ fluitãtes quidem:aut pusillæ quædam insulæ sur-
sum afferri ualent. magnæ uero nequaquam neq; insulæ quidem. Continentes autem terræ mini-
me. Similiter & commixtiones & paruæ & magnæ fiant. Siquidem locorum hiatus & absorbitio-
nes domiciliorum:quemadmodum Buræ & Bizonæ;aliarumq; plurium ex terræmotu factas fuis- Bura
se perhibent. Et Siciliam nihil magis q̃ abscisum ab Italia fragmentum esse putaret aliquis. Vel ab Byzotia
etnæ incendio:e fundo reiectam coniunctam permansisse. Sicut etiam Lipareorum insulas atque Pi Sicilia
thecusas. Is uero adeo iocundus est:ut cum mathematicus non sit:nec Archimedis opinioné cõfir-
met. Ille enim in libro de iis quæ uehũť ait; εντοισ μερι Των οχουμενων. Cuiuslibet humidi mo- Humidi su
do constet;& permaneat superficiem esse rotundam & sphæricam:cum sphæra idem cum terra cen perficies
trum habeat. Hanc omnes admittunt opinionem:qui mathematica modo aliquo attigerunt. Ille ue
ro mare interius:& si unum fit(ut asserit)sub una superficie constructum esse non æstimat: sed nec
etiam propinquis in locis. Et talis inscitiæ testes facit nonnullos architectos:cum Mathematici ar-
chitectonicam portionem esse quandam Mathematicæ declarent. Ait enim & Demetrium Isthmũ
Peloponnesiacum perstringere conatum:ut classibus nauigationis transitum præberet. Ab archite-
ctis autem prohibitum:qui cũ metarentur renunciauerunt. Sinus Corinthi mare altius esse;q̃ quod
ad Cenchrias esset. Itaq; intermedium si incideret locum:uniuersum ad Eginam transitũ; cum ipsa
pariter Egina & proximas insulas demersum iri. Nec ipsum nauigationis utilem fore meatum ob
eam rationem:ꝙ instar Euripi omnes fluxiles forent. Præsertim uero ueluti Siculũ fretum est:quod Siculi freti
eadem cum Oceani æstuariis pati dicitur. Quolibet enim die ac nocte bis fluxum alternat:Sicuti & fluxus
Oceanus bis inundat:totiensq; recidit. Itaq; & inundatio Tyrrheni maris in siculum delata confiten
dum est ꝙ ex altiore superficie descendens nominatur. Ei rei adstipulatur id quod etiam eodem té-
pore incipit & quiescit:quo ipsæ inundationes. Incipit enim circa exorientem lunam & occidentem
desinit autem cum utiq; cæli medio & super terram & subter terrá adiungitur;& decrescentiæ qui-
dem contrarium exeuntem uocari utrisq; per cælum mediis sitibus lunæ incipientem; sicut ipse ex-
crescentiæ. Inundantiæ uero coniunctionibus ad ortum & occasum desinentem. De fluxibus sane
& refluxibus Posidonius & Anthenodorus satis commode loquuti sunt. At uero de fluxibus & re-
fluxibus circa freta:qui ipsi quoque maiorem præsenti materia naturæ rationem habent tantum di
xisse sufficiat:quod ea fluxilia esse:non unus specialis est modus. Non enim Siculum fretum bis die
& nocte(ut ille inquit)alternat. Calchidicum uero septies. Bizantium autem neque permutat; sed Aequorũ
duntaxat excursionem tantum perdurat cantabiens e Pontico pelago in Propotitidem. Vt uero tra fluxus
dit Hypparchus:& mansiones quandoque faciebat. Nec si unus quidem modus esset hanc habere
posset causam.quam dicit Eratosthenes:ꝙ utrobiq; mare aliam atq; aliam superficiem habet. Hoc
enim in fluuiis quoq; minime fieret:nisi cataractis haberent. Quod si habeant quidé cursum haud
retro flectunt:sed ad ima semper deferunť. Id uero contingit quod decliuis est:& fluxus & eius super
ficies. Quis autem pelagi decliuem diceret esse superficiem? Maximeq; secundum materiam quæ ro

tunda facit illa quattuor corpora:quæ uocamus elementa Adeo ut nedum non refluant:sed neq; cõ
tus quidā ex his aceruus maritimo pulmoni ſimilis : in quo terrā atq; mare ac uniuerſa in ſublime
tolli dicit;& hunc perinde ac cunctorum nodū eſſe; neq; permeabilem;neq; nauigabilem exiſtentē.
Illud quidem ut pulmoni ſimilis ſit uidiſſe quidem ſeipſum inquit.Cætera uero dicta audiſſe: hæc
quidem Pytheæ. Vtq; hunc reuerſus cunctam Oceano uicinam regionem adierit Europæ; a Gadi-
bus uſq; ad Tanam ; Polybius profecto & incredibile hocipſum inquit . Quonam modo enim

priuato ac paupi homini tanta peragratu & nauigatu spatia facilia forent? Eratosthené uero dubi-
tantem nunqd hisce fides;habéda sit;tamen de Británia credidisse & de Gaditanis & Hispanis fidé
Messenio adhibere q̃ huic præstat.Ille quidé uno in loco Pancheam adnauigasse dicit. Alter autem
uel usq; ad mundi terminos spectasse oém septentrionalé Europam:quá nec Hermæ dicenti qs cre-
deret:Eratosthené Euemerũ Bergeum appellare:Pytheæ auté credere.Et quod amplius est Dicear-
cho minime credéte.Hoc igitur nec Dicearcho quidé credéte ridiculú sane, tanq̃ illo sicuti regula
ũti cõueniat:aduersus quem ipse tot argumenta & reprehensiones obiicit. Cæterũ Eratosthenis de
occidétalibus & septétrionalibus:Europæ dicta est ignorantia: sed illi quidé ac Dicearcho parcen-
dum est:qui loca illa nequaq̃ aspexerant.Quis auté Polybio & Posidonio ueniam tribueret? Atqui
Polybius est:qui opinabiles omnino appellans demonstrationes:quas de locorũ illorum facit inter
uallis:& plærisq; in aliis:sed nec in eis in quibus illos redarguit purgans. Dicearchus igit̃ cum dicat
ex Peloponneso ad columnas stad̃ millia decé íteresse.Plura uero his esse ea quæ sunt usq; ad Adriá
ad sinum ĩtimũ:quodq; ad colũnas est spatium usq; ad fretũ idest porthmum tria stad millia ædat.
ita ut residuũ a freto ad columnas esset milliũ septem.Tria quidé millia omittere inquit:siue quidé
bene deprehendunt̃:siue non.Septem auté millia neutra in parte:neq; littus neq; pelagi mediũ me-
tienti:Maritimá quidé cuidá obtuso angulo persimilé esse procedenti per fretũ ad columnas habé-
ti uerticem Narboné ut triangulũ consistat:basim habens rectá per pelagus:latera uero dictum an-
gulum facientia : quorũ unum quod est a freto usq; narboné plus est q̃ decem milliũ & ducentum
supra mille:reliquum deinceps minus q̃ octo milliũ. Atqui plurimũ quidé ab Europa in Africam
interuallum per Tyrrhenum pelagus constare non plus quá stad trium millium.In Sardonio uero — Tyrrheni maris lati-
mari angustam formá suscipere.Cæterum esto inquit & illud triũ milliũ.Antea uero in his excipia- — tudo
tur duum milliũ stad̃ sinus ipsius profunditas per Narbonem:sicut a uertice ad basim ipsius obtusi
anguli perpendiculum. Patere igit̃ dicit ex cõmensuratione doctrinali:q cuncta maritima a freto
proxime in columnas excedit rectam quæ est p pelagus stadiis prope quingentis. Appositis auté tri-
bus millibus ex Peloponneso ad fretum omnia in unum stadia per directá plura erunt q̃ dupla iis
quæ Dicearchus inquit.Plura autem his ad sinum Adriaticũ ponere; secundũ illum oportebit in-
quit.Verũ amice Polybi diceret aliqs:sicut huius mendacii dilucidũ tuis ex dictis argumentũ ipsa
constituit experiẽtia.Ex Peloponneso quidé ad Leucadé septingenta:hinc totidé in Corcyram ; &
hinc denuo totidé ad Ceraunia:& dextrorsum in Apuliá.Ex Ceraunis quidem ad Maritimam Illy-
ricam stad sex millia centũ quinquaginta.Sic ambo illa sunt mendacia.Et Dicearchus a freto ad co-
lumnas stad septem milliũ interuallũ esse dicit:& quod ipse uideris demonstrasse. Confitent̃ enim
& qui plurimũ asserunt per pelagus spatiũ milliũ duodecim esse. Concordat autem hoc ipsum de-
monstrationi quoq; de lõgitudine orbis terræ:maximá enim esse inquit septuaginta milliũ. Huius
autem spatiũ occidentale ab sinu Issico usq; ad Hispaniæ intima quæ magis ad occasum iacent pau-
lo minus millibus triginta. Hunc auté in modũ cõponunt : ab Issico sinu usq; ad Rhodiam millia
quinq;:usq; ad Salmoniũ Cretæ:quod quidé ad orienté spectans promontoriũ est mille: ipsius auté — Salmoniũ
Cretæ longitudo ad Arietis fronté supra millia duo:hinc ad Siciliæ Pachynũ millia q̃ttuor & quin-
genta:a Pachyno ad fretũ plusq̃ mille . Postmodũ interuallũ a freto ad columnas milliũ tredecim,a
columnis ad extrema sacri promontorii Hispaniæ ad millia tria.Et ppendiculũ non bene depreché-
sum est.Siquidé Narbo in eodé fere parallelo cõstituta est cum Massilia.Hæc autem in linea per By-
zantium ut sibi persuadet Hipparchus.Quæ aũt per pelagus in eodé est cũ freto & Rhodia. A rho-
dia in Byzantiũ:sicuti in eodé meridiano uti isq; iacétibus circiter stad̃ millia quinq;:ut tradit̃. Tot
utiq; forent & stadia dicti ppendiculi. Quádoquidé maximũ huius maris spatiũ ab Europa in Afri-
cam millium quinq; stad esse dicunt:ab intimo sinus.Gallici:hoc mihi per erroré dici uidetur. Vel
Africam hac in parte multũ ad septétrioné uergere:& parallelo p columnas adiungi . Et hoc haud
bene dicitur dictũ perpendiculũ prope Sardiniá terminari.Nõ enim prope:sed hoc ipsum Sardiniæ
spatium multo magis ad occasum spectare.Quippe totũ ferme intercipiens Ligusticũ pelagus ppe
Sardonicũ:& maritimæ prolixitas amplius excurrit. Verũtamen nõ tantũ unq;.Deinde Eratosthe-
nis dicta corrigit:nõnulla quidé bene:quædá uero longe q̃ ille deterius.Ná cum ex Ithaca ad Corcy-
ram trecenta ille dixerit:supra nõgenta esse asserit . Ab Epidamno uero Thessalonicá usq; nõgenta
dicente illo ultra millia duo inqt:hæc quidé bene.Cũ a Massilia ad colũnas millia is septem dicat:a
Pyrene auté millia sex:ipse peius inqt:ab Massilia plusq̃ millia noué:a Pyrene paulo minus q̃ millia
octo.Ille náq; propius uero tradit.Huius enim ætatis hoíes confitent̃:q siqs inæqualitates uiarum
abscinderet uniuersam Hispaniá ex Pyrene ad latus occiduũ haud prolixioré habere longitudinem
q̃ millia sex stad̃.Ipse uero amné Tagũ longitudinis milliũ octo cõstituit a fonte ad eruptiones usq;
nec utiq; obliquitatibus quibusdá cõputatis:nec enim hoc ad terræ descriptioné attinet:sed ad dire-
ctum eloqués spatiũ.Atqui Tagi fontes ex Pyrene supra stad̃ mille distant . Rursus hoc teste decla-
rat:q Hispaniæ res ignoratæ sint Eratostheni:quoniá & interdũ de illa repugnátia demõstret.Qui
cum Gallos exterius circũ incolere usq; Gades dicat ; siquidé Europæ partes in occidenté spectátes
usq; Gades habent illi horũ immemor in ipso Hispaniæ circuitu nullo in loco Gallorũ métioné fa-
cit:q Europæ lõgitudo minor est q̃ simul utraq; iuncta Africa scilicet & Asia nõ recte cõparationé

exponit. Ostiũ nãq; ad columnas ad æquinoctialẽ occasum esse inquit. Tanaim uero ab æstiuo flue
re dicit ortu. Diminuit̃ autẽ ab utriusq; longitudine quæ inter æstiuum ortum; & æquinoctialem
occasum est; hanc uero preoccupat Asia ad æquinoctialẽ ortum semicirculo ad septẽtrionẽ uergẽs.
Tanais Nam præterq̃ in rebus quarũ reddi causa potest de ambitu laterũ mentitur; q̃ Tanais æstiuo fluat
ab ortu. Cuncti nãq; regionũ peritiá habentes a septentrione in Meotin labi affirmant: adeo ut flu
minis ostia & Meotidis & fluuius ipse quo ad noscibilis est sub eodẽ meridiano iaceant. Nec uero
digni de quibus uerba fiant; qui illũ ex istri regionibus originẽ ducere dixerũt; & ab occasu aut ani
maduertentes q̃ eo interuallo Tyras & Borysthenes & Hypanis ingentia in portũ excurrunt flumi
na. Cũ ille quidẽ pari spatio distet ab istro; alii autẽ ab Tanai. Neq; Tyræ fontibus aut Borysthenis
aut Hypanis prorsus inspectis; Sintq; illorũ cursus magis ac magis ignoti; cũ magis ad septẽtrionem
tendant. Itaq; per illos in Meotin Tanaim perducit; deinde reflectit in illá. Ná eruptiones in septen
trionalibus paludis partibus manifestius ostendunt̃. Istis autẽ ad orientẽ magis ac magis pertinenti
bus fictus & infinitus est sermo. Cõmenticius similiter & infinitus illius est sermo; qui p̃ Caucasum
ad septẽtrionẽ fluere dixit; dehinc in Meotin cursum circũflectere. Ná & hoc dictũ est. Ab ortu aũt
fluẽta illius nemo tradidit. Ná si eo modo laberet̃ nõ sane e regione Nili cõtra flueret; nec etiá quo
dámodo ad diametrũ currete illũ excellẽtiores ostẽdissent. Perinde ac utriusq; fluminis cursu ad in
cũbentẽ meridianũ existẽte. Et ipsa longitudinis terræ dimẽsio æq̃liter ad meridianũ distás est; cũq;
ista sic in longitudine extẽdit̃; ut cuiusq; longitudinẽ cõtinẽtis eo modo capere oporteat; quæ inter
duos iacet meridianos; & longitudinũ mensuræ stationũ enumeratiões sunt; quas uenamur; uel per
illos eundo; uel per parallelas uias uel meatus. Uerũ ille hũc omittẽs modũ nouũ introducit q̃ æstiu
ui ortus & æqnoctialis medius est; quadá septẽtrionalis semicirculi particula. Nemo aũt ad inmuta
bilia mẽsuris & regulis mutabilibus utit̃ nec iis quæ alio atq; alio dicunt̃ habitu ad seipsa nullá ha
bentia differentiá. Longitudo quidẽ inmutabilis & p̃ seipsam dicit̃. Aequinoctialis aũt ortus & occa
sus. similiter æstiuus & hybernus nõ p̃ seipsum; sed quo ad nos. Nobis uero interdũ alio trásmeanti
bus; interdũ alia oriẽdi & occidẽdi loca sunt; & æqnoctialia & Tropica. Cõtinẽtis autẽ terræ eadem
permanet lõgitudo. Tanaim igit̃ & Nilũ nõ sine loco exitũ facere. Aestiuũ autẽ ortũ æqnoctialẽ no
uum. Quũ autẽ Europa pluribus promõtoriis procidat melius q̃ Eratosthenes de ipsis dixit iste; ad
nondũ satis sufficiẽter. ná ille tria inquit. Unũ ad colũnas pertinẽs in quo Hispánia; alterũ ad fretũ;
in quo est Italia; tertiũ ad Maleá in quo quæ inter Adriam & euxinũ gẽtes oẽs atq; Tanaim sunt. Iste
uero duo prima pari modo exponit; tertiũ uero ad Maleá & Sunium; in quo Græcia est uniuersa &
tractus Illyricus; itẽq; nõnulla Thraciæ. Quartum in quo est ad Thraciam Cheronnesus. in qua Se
sti & Abydi sũt angustiæ; eam Thraces habẽt. Quintũ ad Cimmericũ bosphoron & ostiũ Meotidis
Pría igit̃ duo cõcedamus; simplicibus tñq; finibus circũdant̃: unũ quidẽ inter Calpen & sacrũ pro
Gades montoriũ; in quo Gades: & pelago inter colũnas & Siciliá medio. Alterũ & hoc & adriatico. Atqui
iapygiũ promontoriũ superincidit biuerticẽ efficiens Italiá; habet autẽ quandá ecõtra manifestatio
nem. Reliqua uaria quidẽ liquidius & multas in partes distincta aliá exigunt partitiõẽ. Ipsa etiam
sexpartita portionibus diuisio pariter habet similẽ cõsequẽter instátiá per promontoria distincta.
Uerũenimuero nos in cunctis particulatim & horũ & aliorũ; prout attinebit emendationem facie
mus; quantũ & in Europa & in Africæ ambitu erratũ est. Hæc aduersus antiquiores nunc dicta sa
tis erunt; quot adiectos testimonio nobis esse putauimus; quod iustis de causis hoc idẽ opus ipsi de
legimus; quod tantæ emẽdationis & additamẽti prorsus indigebat. Postq̃ uero ad nostra cõtra illos
uerba est contiguæ nostræ pollicitationis aggressio alterũ captátes initiũ; dicimus ei qui locorũ de
scriptionẽ aggredit̃ necessariũ esse ut plæraq; rerũ naturaliũ & mathematicarũ disputata subponat
& ad illorũ intelligentiá & fidẽ eorũ quæ ordine sequunt̃ tractatũ absoluat. Etenim sermone uul
Archite- gatum est; nec ædiũ cõstructorẽ; nec Architectũ aut domiciliũ aut oppidũ ædificare posse absq; cli
ctus matũ cælestiũ partiũ cognitione. nisi etiá formas magnitudinesq; didicerit; calores; & frigora; cæ
teraq; generis eiusdẽ; & nisi totũ orbis terræ sitũ locaq; proposuerit. Ipsa enim in plano p̃ducta de
scriptio & sup̃ficies una & eadẽ ad Hispaniensia & indica & his interiacentia & nihilominus oriẽtis
solis & occidẽtis & cæli mediũ teniẽdi designata terminatio perinde ac oĩbus cõmunis. Hæc quidẽ
cui fuerit intellecta & cæli dispositio ac motus & re uera rotũda terræ superficies percepta erit. Ad
aspectũ autẽ plana format̃. Geographicam traditionẽ habet. Alio autẽ modo nõ utiq; Geographi
cam: haud enim oĩa uel ante uel retro uel ex transuerso plana assistunt; sicuti per ingentẽ euntibus
planiciem perinde ac Babylonios per campos aut æquora. Nec ullá ad res cæli demonstrationẽ ex
hibẽt. Nõ ad solis motiones; nõ ad habitudines ad nos syderũ reliquorũ. Ita & terrarũ pictoribus si
milia semp assistere necesse est. Ná q̃ pelagi cursum aut per camporũ locos uiam tenet cõmunibus
quibusdá phantasiis imaginibusq; ducit̃: quibus & imperitus & ciuilis homo hæc ipsa operat̃ rerũ
cælestiũ inexptus existens; & cõtrarias in hæc demonstrationes prorsus ignorans. Solẽ enim orien
tem & occidentẽ; & mediũ cæli spatiũ tenentẽ aspicit. Quonã uero modo nõ speculat̃; non enim illi
commodũ ad propositũ; sicut neq; æqualiter distare; idest parallelum esse ad rem assistentẽ aut nõ.
Forsan autem aliqui speculatur. Apparebit uero in mathematice disputatis sicut indigenæ. nam lo
cus talia habet incidentia. Orbis uero descriptor nõ indigenæ utiq; describit aut ciuili eius generis:

qui nullã curã suscipit: siquid proprie de disciplinis dicat. nec enĩ messori aut fossori: sed ei q̃ psuasionẽ capere ualeat: taliter se terrã oẽm habere, sicut Mathematici dicunt: & alia quæ ad huiusmodi materiã attinẽt. Accedẽtibusq; mãdat: ut cũ illa priora meminerint succedẽtia deinde pspiciant. illis enĩ cõsequẽtia dicturũ. Vnde q̃ in hæc inciderint eos tutiorẽ rerũ traditarũ usum facturos: si ex Mathematica rõne audierint. Qui secus habeãt eis orbẽ describere sese negat. Scriptorẽ pfecto orbis de iis quæ sibi incipiendi ordinẽ habeant: Geometris fidẽ adhibere oportet: qui terrã uniuersam dimensi sunt: hos aũt astronomis: ipsos uero physicis: Physica uero uirtus quædã est: at enĩ uirtutes nequaq̃ suppositiones habere dicũt: ex seipsis pendẽtes & in sese ipsis pricipia & de oĩbus fidẽ habẽtes. Quæ aũt a physicis demõstrant̃ huius generis sũt. Mundi formã esse rotundã: atq; cæli: grauiũ in mediũ esse momentũ. Circa hoc rotũdæ figuræ terra consistit eodẽ quo cælũ centro & ipsa pmanet. Perq; ipsam ac cæli mediũ axis extẽdit̃: & circa illã atq; axẽ ab ortu in occasũ cælũ circũagit̃. Cũq; illo minime errãtes stellæ: quæ pari celeritate cũ polo sũt. Stellæ igit̃ erroris exptes per circulos parallelos deferunt̃. Cæteræ circuli paralleli notissimi sũt æqnoctialis. Tropici duo & septẽtrionales. Verũ errones stellæ & sol & luna p quosdã obliquos ordines cõstitutos ĩ zodiaco: his qdẽ uel oĩbus uel plærisq; fidẽ adhibẽtes astronomi: deinceps reliq̃ ptractãt motus ambitus defectus & magnitudines & distantias: & ĩfinita cætera. Eodẽ modo Geometre totius terræ mẽsurã captẽtes: Physicoræ & astronomoræ sententiis adhærẽt. Rursus scriptores terræ oẽs geometricas cõplectunt̃ opiniones. Cælũ enim quinq; cõstare zonis præsupponendũ est: quinq; etiã zonis terrã cõponi. Eiusdẽ esse nominis quæ in imis & quæ in superioribus sunt. Diuisionis quidẽ in zonas causas rettulimus. Zonæ uero per circulos ad æquinoctialẽ parallelos distingui possunt ex utraq; illius parte descriptos. Duos quidem torridã plagã capiẽtes: & duos post istos. Qui qdẽ ad torridã duas efficiũt tẽperatas. Penes temperatas autẽ duas frigidas apponũt. Vnicuiq; aũt ex cælestibus circulo eiusdem uocabuli terræstris subiacet: & zonæ zona similiter. Tẽperatas esse dicunt quæ habitari possunt: reliqs autẽ inhabitabiles. Vnã quidẽ ob incendiũ: reliquas uero pp̃ter frigora. Eodẽ modo & de Tropicis & de septẽtrionalibus: apud quos sunt Arctici. Superioribus terræstres pari appellatiõe distinguũt & unicuiq; supposiros. Cũ autẽ æqnoctialis totũ duas in ptes cælũ secet: & terrã diuidi necesse est: ex incũbẽte sibi æquinoctiali. Hemispherioræ autẽ utrũq; & cæleste & terræstre unũ quidẽ Boreale alterũ uero australe uocat̃. Sic & de torrida sub eodẽ circulo bipartito diuisa: una quidẽ eius pars Borealis; altera uero erit australis. Cõstat itẽ & tẽperatarũ zonarũ unã quidẽ Borealẽ: alterã uero australẽ fore: cum eiusdẽ sit appellationis cũ hemispherio in quo est. Nuncupat̃ autẽ boreale illud hemispheriũ: quod eã circũdat tẽperatã: in qua siqs ab oriente pspectet in occasum ei polus est ad dextrã: a sinistra uero æquinoctialis: uel in quo spectãtibus in meridiẽ dexter est occidẽs: sinister autẽ oriẽs: australe uero econtra se habens. Quocirca nos in alterutro esse hemispherio boreali utiq; manifestũ est: in ambobus autẽ impossibile. Nã ingẽtes in medio sunt fluuii: Oceanus in primis: postea Torrida. Nec oceanus quidẽ in nostræ habitabilis medio totã scindens terrã: nec locus exustus: nec illius pars contra dicta climata sese habẽs repit̃ in boreali tẽperatã. His acceptis geometra gnomonica usus & reliqs ab astronomico demonstratis: in qbus paralleli ad æquinoctialẽ p quãlibet habitationẽ cõperiunt̃: & qui p rectas hos secant. Designati uero per polos mẽsurat habitabilẽ quidẽ ingrediens. Reliquam autẽ per distantiarũ rationẽ hoc pacto quantũ ab æqnoctiali usq; ad polum intersit iueniret. Quæ maximi terræ circuli portio quarta est. hoc qui habet q̃druplã quoq; illius partẽ habet. Hic est autẽ diameter terræ mẽsurã cõplectẽs. Sicut igit̃ qui terrã metit̃ ab astronomiæ perito sumpsit exordia. Astronomus aũt a Physico: eodẽ modo & orbis scriptorẽ ab eo qui terrã dimensus est rotã incitatũ: isti credere oportet & iis quibus hic fidẽ præstitit. Tum primũ nostri mundi situm exponere quantus est. Quali figura: quali natura est. Et quonam modo ad uniuersam terram sese habeat. hoc enim terræ scriptoris proprium est officium. Postea ad terrarum singula atq; maris prout attinet accõmodare sermonem. Cunq; significauerit quæcunq; nostri maiores non satis idonee differuerint ad ea quæ optime credita fuerint assistere.

In tertio Commentario continetur orbis terrarũ in partes diuisio: & uniuersæ Hispaniæ regio ab Herculis columnis usq; ad Pyreneum montem.

s

Vbiectũ ergo sit rotundã una cũ mari terrã esse: unãq; & eandẽ cũ æquoribus superficiẽ habere. In tanta enim mole ipsa terræ cõtegeret̃ eminẽtia cum pusilla sit & occultari ualeat. In istis itaq; rotunditatẽ: nõ instar torni nec geometræ more ad rationẽ dicimus: sed ad sensum & hoc ipso crassiorẽ. Quinq; igit̃ contenta zonis intelligatur: & æqnoctialis in ea circulus locatus: & alter parallelus huic frigidã in boreali hemispherio disterminans & quidã per polos ad rectas istos secans. Cũ ergo septẽtrionale hemispheriũ duas terræ quartas cõplectat̃ portiones: quas efficit æquinoctialis ad circulũ per polos trãseuntẽ. In horũ utroq; quattuor laterũ locus intercipit̃ cuius boreale latus dimidiũ est paralleli qui ad polũ ptinet: australe uero æqnoctialis est dimidium. Reliqua uero latera partes sũt eius quæ p polos ducit̃ inuicẽ opposita pari lõgitudine. In altera igit̃ istorũ q̃drilaterũ locoræ: uter autẽ sit nihil interesse uidebit̃: nostrã habitabilẽ locatã esse dicimus: quã insulæ similẽ mare circũalluit. Hoc aũt & ratione & sensu demonstrari diximus. q̃ siqs huic ra-

rationi fidem abnegat ad terræ descriptioné deficeret utiq;nec insulá facere uel huic quod experimento cõprehédimus cõcedés. Quandoqdé & ab aurora utrinq; nauigatio circũagit : & ab occasu paucis in medio locis exceptis. Hæc aũt pelago ne an solo inhabitabili terminent nequaq̃ interest. Orbis nãq; descriptor partes mundi cognitas differere cogitat;ignotas autem omittit. Sicut & quæ extra illá posita sunt. Rectá auté coniungentibus lineá ad extrema circũductæ utrinq; nauigationis signa sufficier totá dictæ insulæ figurá explere:in eo auté iam dicto quadrato ipsa procũbat insula. Eius aũt quæ appareat capiéda est magnitudo;auferať ab tota quidé terræ magnitudine hemisphe rium nostrum. Et ab hoc medietas rursum:ab hoc ité quadratũ ipsum rursus:in quo habitabilé iacere dicimus. Suscipere aũt opus est & de figura proportioné id quod apparet subiectis adaptando. Postq̃ uero eius quod inter æquinoctialé & interceptũ parallelũ. Huic ad polum partis Borealis hemispherii spondilus est figura. Illæ auté per polũ bipartito secans hemispheriũ : etiá bipartito secat spondilũ & quadratũ facit. Manifestũ erit ꝙ spondili superficie minus est quadratũ illud;cui Atlanticum pelagus imminet. Ipsa uero habitabilis in hoc insula:clamydis formá gerés minor q̃ dimidiũ q̃drati pars extitit. hoc ex geometria & circũfusi maris quãtitate appet ꝙ terraꝝ extremitates operiés utriq; cõducit in unũ ad minoris extremitatis figurá : & tertiæ partis lõgitudinis & latitudinis maxime. Ex qbus unũ est stad millũ septuagita utplurimũ a mari finitũ;quod mare ultra nauigari neq̃t ꝑpter magnitudiné ac solitudiné. Alteꝝ minus millũ triginta terminatũ ab ĩhabitabili ꝑpter caloré uel frigus. Hoc ení ꝑpter caloré ĩhabitabile q̃drati latitudiné qdé habens stad millia octo & octingenta:longitudiné auté maximá millũ centũ uigintisex:quãta est æqnoctialis medietas : reliquũ plus esset:Istis Hippatchi dicta quodámodo cõsonát. Ille ení inq̃t terræ magnitudiné supponés quá Eratosthenes dixit. Hic mũdi exceptioné fieri oportet;haud enim multũ differre ad ea quæ de cælestibus apparent secũdũ habitationé quãlibet habere diměsioné;uel sicut posteri tradidere. Existéte igiť secundũ Eratosthené circulo æqnoctiali stađ milli. ducétis quinquaginta & duobus: q̃i ta pars eẽt millia sexagita & triũ. hoc aũt est ab æ qnoctiali ad polum quindecim sexagesima sicut æqnoctiali est sexaginta. Ab æqnoctiali uero ad æstiuũ tropicũ q̃rtior. Hic per Syenem descriptus pa

Syene rallelus ratiocinatur & cõputat pro q̃libet distãtia ex apparétibus měsuris. Tropicũ enim ad Syené iacere contingere quoniá hic secundũ æstiuas cõuersiones meridiei gnomon nullas reddit umbras. Meridianus auté ꝑ Syené maxime describiť ꝑ fluěta Nili;sicut a Meroe usq; Alexádriá. Hæc aũt stadia sunt circiter millia decé. Per mediũ uero ĩteruallũ Syené cõsistere cõtigit: & hic ad Meroen millia quinq; recte ꝑgrediéti ad stad tria millia in meridié. Reliq̃ nõ ultra sũt ꝑpter feruoré habitabilia. Vnde ꝑ hæc loca parallelũ q idé est qui per cínamiferá tráſit terminũ & initiũ poni oportet nostræ habitabilis ad meridié. Cũ igiť stađ millia quinq; a Syene sint ad Meroen: alia uero tria supaddanť a Syene ad æquinoctialé essent oĩno millia octo ad habitabilis terminos. A Syene uero ad æqnoctialé millia sedecim & octingéta:totidé etenim sunt ex q̃ttuor sexagenis;cũ unaquaq; millũ quattuor & ducentoꝝ ponať. Quocirca reliqua existerét a terminis habitabilis ad æquinoctialé millia octo & octingéta. Rursus ab Alexádria ꝑ rectá ad Nili fluenta oés ad Rhodũ nauigationé cõsitenť. Hinc auté Cariæ & Ioniæ annauigationé usq; Troadé Byzantiũq; & Borysthené. Capiétes igiť interualla notissima quæ nauiganť considerát distantiá quæ est a Borysthene per rectá in hac linea quousq; habitabilia sunt & terminát partes habitabilis:quæ ad septétrioné spectant : sup Borysthenem

Rhoxolani uero incolunt Rhoxolani cognitorũ nouissimi Scytharũ:magis in austrũ positi q̃ ii q supra Britanniá incidétes ultimi oĩum cognoscunť. Vltra uero ꝑpter frigus inhabitabilia sunt. his auté ꝑpinquores austro sunt supra Meotidé incolétes Sauromatæ & Scythæ usq; ad oriétales Scythas. Pytheas uero Massiliěsis ptes Thules aqloni ꝑpinquissimas magis q̃ Británia extremas esse phibet:penes quos

Thule idé est cũ Arctico circulus tropicus æstiuus:ab aliis qdé nihil cõperio:nec ꝙ Thule insula quæciam est;neq; si ad ea usq; loca habitabilia sunt:ubi æstiuus tropicus ad septétrioné spectans efficiť: hunc auté habitabilis terminũ multo magis ad austrũ accedere arbitror:qui ad aquloné ꝑpinquat. Qui enim hoc tépore scribũt ultra hiberniá nihil habétes quod dicant:quæ ad septétrioné ante Britanniá iacet:siluestribus prorsus hoĩbus maligne ꝑpter frigora habitátibus. Itaq; finé hic ponendũ eẽ arbitror:paralleli auté per Byzantiũ & quodámodo ꝑ Massiliá tráseuntis : ut Pytheæ credés inquit Hipparchus. Eandé enim ait gnomonis ratioué Byzantii ad umbrá quá Massiliæ Pytheas dixerat. Circuli auté ꝑ Borysthené ab hoc distantis circiter millia tria & octingéta. Esset aũt ex distantia ab Massilia ad Britániam hic incidens ipse per Borysthené circulus ubicunq;. Multis auté in locis homines refellés Pytheas & istic métitus est. Nam ductá a colũnis lineam ad freti & Athenaꝝ & Rhodi loca in eodem iacere parallelo a multis cõfessum est. Constat & lineá per mediũ quodá modo pelagus a colũnis infretũ esse. Quiq; maximũ nauigant tractũ a Gallia in Africam e sinu Gallico stađ quinq; millia esse:& hanc amplissimá esse latitudiné pelagi. Quocirca a dicta linea ad ĩtimũ sinum stad duo millia quingéta:ad Massiliá uero pauciora. Massiliam enim magis q̃ intimũ sinum ad au-

Rhodos strum procũbere. e Rhodo auté Byzantiũ usq; stad esse millia quattuor nongentũ ; ut ĩpendio ma-

Byzantiũ gis sane ad septentrioné spectet is qui ꝑ Byzantiũ est eo q per Massiliá. At ea intercapedo quæ inde est usq; ad Britániá cũ illa potest cõsonare quæ est a Byzantio ad Borysthenem. Illinc uero quousq; ad hiberniá incognitũ est quantũ poni possit. Neq; si ulterius habitabiles partes sũt ad supius dicta

curandū est.Satis enim ad cognoscendū est capere sicut in australibus regionibus:ꝙ supra Meroen
ad tria millia stadꝰ ꝓgredięti terræ habitabilis ponere cōueniebāt.Nō pinde ac finis iste diligentissi-
me positus est sed ꝓxime ad diligentiā.sic & illic nō plura his:aut paulo plura supra Britāniā ponen
da sunt ut millia q̄ttuor.Etiā ad principiū necessitates nulla fit prærogatiua huiusmodi regiōes uel
earū incolas cogniros facere.Præsertim si tales inhabitēt insulas:quæ neq; nos infestare: neq; cōmo
ditates afferre queāt ꝓpter earū disiunctionē.Nā cū Romani Britāniæ ditionē habere ualuissent ne
glexerūt nullū ex ea terrorē oriri posse cernētes ; haud enī tanta illis facultas adest ut nostra īcursa-
re possint.Nec ulla tanta utilitas:si ea potiti forēt.Amplius enī ex uectigalibus nunc uideꝰ afferri:
ꝙ tributū absoluere posset:cū ipsa in copias militares impēsa insulæ præsidiū & tributoꝝ exactiōes
auferat.Plurima etiā accederet ex adiacētibus insulis cōmoditas . Quod si ad interuallū ex Rhodia
ad Borysthenē illud apponaꝰ spaciū;quod a Borysthene ad septētriones est milliū stadꝰ quattuor to
tum interuallū fit duodecim millia stadꝰ ac septingentū.Terminus aūt ex Rhodia in Australe habi-
tabilis est milliū sedecim sexcēta stadia.Vnde uniuersa latitudo orbis terraꝝ minor esset millia tri- Terræ latitudo
ginta ab Austro in septētrionē.Lōgitudo autē millia septuaginta esse tradiꝰ. Hoc autē ab occasu in
ortū est ab extremis Hispaniæ ad extrema Indiæ.hocipsum tū itineribus tū nauigatiōibus mēsura- Terræ lōgitudo
tū est.Quod aūt infra dictū q̄dratū hæcipsa lōgitudo sit ex rōne parallelo ꝝ ad æqnoctialē spectan
tiū manifestū est ut plusq̄ dupla supra latitudinē lōgitudo sit.Ferūt aūt ad clamydis speciē formam
ipsam esse.Multa enī latitudinis cōgregatio ad extremitates inueniꝰ;præsertim in occidētalibus ad
singula accedētibus nobis.Nunc qdē igiꝰ locū in sphetica supficie descripsimus:in quo sitū esse ter-
rarū orbē dicimus;& sane oportet p diuisas habitatiōes ueritatē imitantē ꝓxime terrā spherā effice
re;uti Crates instituit suscepto in ea q̄drato ītra illud de situ orbis locare tabulā . Cæteꝝ cū magna
opus sit spheeat;ut dicta pars eius e plurimis sit partibus satis fiat ad captādas dilucide mūdi portio-
nes;ut attēte propriū spectantibus exhibeant aspectū.Ei qdē q talē possit īstituere sic factu melius
est:sit aūt ut nō maiorē pedibus decē habeat diametrū;q uero minime talē uel non multo hac infe
riorē struere possit describat oportet in plana tabula pedū saltē septenū;paululum enim intererit in
contrario circuloꝝ paralleloꝝ & meridianoꝝ:p quos & climata & uentos & cæteras differētias di
lucidas facimus:& partiū terræ situs inuicē & ad cælestia rectos describimus.Cū paralleloꝝ paralle
los & rectarū rectas ad illas intellectus ipse facile traducere ualeat figurā ac magnitudinē quā aspe-
ctus intuetur in plano ac supficie ad rotundā ac sphericā proportionē de obliquis & rectis circulis
dicimus.Meridiani uero ad singulas poli partes descripti ōēs ad unū in sphera signū inclināt.Sed in
plana tabula paruas rectas solūmodo meridianas facere nihil referet . Haud enim in hoc necessariū
pluribus in locis est:nec sicut circūferētia apparet.Eodem modo & inclinatio cū descriptiones trāsferanꝰ in tabulā planā;& lineæ rectæ describantur.Itaq; ipsam deinceps rationē tanq̄ in plana tabu
la pictura confecta exponemus.Loquemur itaq; cū terræ partem ipsi peragrauerimus & maris;quā
de re & narrātibus & scriptoribus fidem adhibeamus . Peruenimus aūt ex Armenia i occasum usq;
ad Sardiniā tractus Tyrrheni & in meridiē quidē ab Euxino usq; ad æthiopiæ terminos.Ex cæteris
terræ scriptoribus nullū facile repies qui amplius q̄ nos dicta pmeauerit interualla.Qui uero occi-
dētis regionis mare adierint:oriētis loca nequaq̄ tantū attigerūt. Qui autē contra in occidētalibus
defecerūt:de austro quoq; & septētrione similiter se habet.Atqui & illi & nos auditu plura percipiē
tes compilamus formā ac magnitudinem reliquāq; naturā qualis & quanta sit eo quidē modo quo
ex sensibilibus intellectu alia intellectus componit. Colorē enim & figurā & magnitudinē pomiq;
odorē quoq; & tactū & succū sensus ipsi renunciant.Ex iis intellectus cōponit pomi cognitionē &
magnatū quidē formaꝝ ipsarum partes sensus intueꝰ.Totū uero rebus ex uisis ītellectus ponit.Sic
quidē & uiri dociles spectatoribus;& loca(prout casus tulit)peruagātibus:sicuti sensibus credentes
per diuersas terræ partes in unā construūt descriptionē uniuersi orbis terrarū aspectū; cum & exer-
cituum ductores oīa quidē ipsi conficiunt:sed ubiq; nequaq̄ adsunt.Quinimo per alios plurima ge
runt fide nuntiis adhibita:& pro auditis accōmodate mandata dimittūt.Qui autē solos uidētes co
gnoscere existimat auris iudiciū perimit:quæ ad scientiam capessendā longe præstantior est oculo.
Maxime autē huius ætatis hoīes dicere aliquid de Britannia possent:de germanisq; & intra & extra
Danubiū habitantibus;de Getis;de Tyrregetis de Bastarnis.Itē de Caucasum incolētibus;ut Alba- Albani
nis & Hiberis.Renuntiatum uero est nobis a rerū quoq; Parthicarū scriptoribus in quibus est Arte Hiberi
misius Appollodorus quæ illi amplius q̄ multi supauerunt & Hyrcaniam & Bactrianā:& Romanis
nup felicē Arabiā intrātibus:cuius īperator erat uir īsignis amicitia & cōsuetudine nobis deuictus Aelius Gal
Elius gallus;& ab Alexādriæ mercatoribus:q classe per Nilū & p Adriaticū sinū usq; in Indiā naui- lus
garunt.Quæ oīa longe magis huius ætatis mortalibus q̄ maioribus nostris cognita sūt.Cū Gallus
igitur Aegypti præfectus esset:& uiatū comites ad Syenem & terminos æthiopiæ usq; ascenderint:
accepimus naues centū ac uiginti ex Muris portu ad Indiæ tractus enauigasse.Cum ab initio pauci
Ptolemaidis Reges nauigare prorsus auderēt:nec mercatoria Indiæ uectare onera.Prima igiꝰ & ma
xime peculiaria sunt;& ad scientiā & ad urbanas necessitates formā & magnitudinem simpliciter:&
ut sic dicam illud imponete;quod quidē ad orbis describendi tabulam incidens ; simul & qualis est
& quota totius terræ pars demōstrat.Hoc enim propriū orbis scriptori est.De tota uero terra acci

rate tractare:& de illius zonæ quã dicimus omni spondylo uel dorso:cuiusdã alterius est disciplinæ Sicuti si habitat:& secũdũ alterã partẽ quartã ipse spõdylus.Etenim si hoc sese modo habeat: haud sane a nostris habitat incolis Sed ille alius ponẽdus est terrarũ orbis:quod pfecto credibile est.Hæc autẽ quæ in ipsa sũt:dici a nobis debẽt;mũdi uero habitabilis forma clamydis speciẽ præ se fert: tu ius latitudinẽ maximã linea p Nilũ describit pricipiũ ab cinamifero parallelo capiẽs & ab isula exu lũ ægyptiorũ usq; ad eũ q̃ est p hyberniã parallelũ.Lõgitudo aũt huius est linea ad rectitudinem ab occasu p colũnas;& p fretũ Siculũ usq; ad Rhodiã & sinũ issicũ penes Taurũ pgressa; qui Asiã p zo tias distinguit in orientale uergẽs pelagus iter ĩdos & eos q̃ ultra Bactrianã sunt Scythas. Intelligat oportet igit spaciũ aliquod parallela designatũ linea:in quo figuræ clamydis facies descripta eo mo do sit:q; longitudini longitudo cõsentiat:& pari æqualitate sit maximũ:ac latitudini latitudo.Figu

Orbis terræ figura

ra itaq; ad clamydis speciẽ habitabilis orbis est.Latitudinem tãq; ipsius terminari diximus per ipsa paralleli latera ultima:qui partẽ eius habitabilẽ ĩhabitabileq; utriq; distinguit. Hæc qdẽ fuere unũ ad septẽtrionẽ p hiberniã;alterũ ad torridã p cinnamiferã.Hæc aũt ad ortũ & occasum ex porrecta usq; cõtra insurgẽtes orbis terræ partes quoddã efficient mutuis lineis spaciũ ad easipsas quæ per se ptentrionẽ adiunctæ sunt.In hoc aũt habitabilẽ esse constat ex eo q̃ maxima ipsius latitudinis pars extra id nõ excidit neq; lõgitudo.Quod uero ipsius forma clamydis speciem habet:quia extremi tates longitudinẽ minoribus utrinq; finiant terminis.Maris autẽ inũdatio latitudinis ptes adimat. Id sane uero pspicuũ est ex ipsis qui & orientis & occidẽtis tractus uti obiq; nauigationibus circũie

Tabrobãe

runt.Nã insulã quã uocamus Taprobanen in austrũ longe magis q̃ Indiã spectantẽ ostẽdũt & habi tari & cõtra Aegyptiorũ insulã & terras cinnamiferas attolli.Aeris enim æqualẽ esse temperiẽ Ostiũ quoq; maris Hyrcani magis ad septẽtrionẽ uergere q̃ extrema ultra ĩdos;Scythiæ & adhuc amplius tractus Hyberniæ.Pariter aũt & de plaga trans columnas memorat.Signũ enim orbis occasui pro

Sacrũ pmõtorium

pinquissimũ esse:Hispanorũ promontoriũ quod sacrũ uocant.Subiicit aũt quodãmodo lineæ;quæ per Gades & colũnas ducit & per fretũ Siculũ & p Rhodiã.Consonare enim & Horoscopia.i.hora

Horoscopia

rũ aspectus:& uentos utroq; uersum ferẽtes:& dierũ & noctiũ maximarũ pplixitates aiunt. Horarũ enim quattuordecim dies ac noctes æquinoctiales & in Gaditana & in Hispaniæ maritima specta re licet interdũ.Posidonius refert ab excelso quodã domicilio in urbẽ:quæ ab hisce locis q̃dringen

Canobus stella

ta distat stadia stellã se uidisse quã Canobũ ipsum suspicat. Ex hoc paululũ ex Hispania pgressos in meridiẽ ipsam spectare cõfiteri:& ex ipsa ĩ Gnido historia atq; pspectu.Speculã eni Eudoxi nõ mul

Eudoxi specula

to aliis habitaculis altiorẽ esse.Hoc ex loco eũ stellã Canobũ ĩtueri solitũ dicit. In Rhodiaco uero climate Gnidũ existere:in quo gades & huius maritimã:hinc ad australes partes nauigantibus iacet Africa:huius uero occidẽtalis maxime tractus:pars parua ante Gades magis pcumbit. Dehinc ex

Etherici

tremitatẽ cũ fecit augustã ad ortũ recedit & austrũ.Ac dilatat paulatim quoad ad Ethericos æthio pas applicat.Hi autẽ Carthaginẽsis regionis ultimi iacent cinnamiferorũ lineã attingẽtes. Cõtra ue

Artabri

ro a sacro nauigãtibus promõtorio usq; ad nũcupatos Artabros in septẽtrionẽ est nauigatio dextra lusitaniã habẽtibus.Reliq̃ ad ortũ tota obtusum efficiẽs angulum usq; ad pyrenes extrema quæ ad Oceanũ terminant.His occidẽtales Britãniæ partes e regione adiacẽt ad aquilonẽ.Eodẽ etiã modo

Cassiterides

Artabros esse a septẽtrione.His opponunt insulæ q̃s Cassiteridas appellãt:a pelago quodãmodo in Britãnico climate cõstitutæ.Liquet igit quantũ extremitates orbis terrarũ p lõgitudinẽ ex circũfu so pelago in angustũ cogunt.Cũ uero talis forma existat in uniuersum duas rectas suscipere cõmo dũ esse uidet:quæ se inuicẽ secãtes in rectũ una per lõgitudinẽ totius maximi; altera per latitudinẽ perueniẽt.Et una quidẽ parallelorũ:altera meridianorum erit. Deinde istis parallelas intelligẽtes in utranq; ptẽ terrã ac mare:quo nos uti contigit.Forma enim quã diximus magis manifesta fieret & linearũ magnitudo alias atq; alias mensuras habentiũ:& longitudinis & latitudinis. Climata quoq; magis ad orientẽ uel occasum spectãtia melius fient dilucida:pariter & quæ ad austrũ uel ad aqlonẽ uergũt.Postq̃ uero hasipsas rectas p cognita loca suscipere oportet;quædã iam susceptæ sunt. Dico autẽ medias duas alterã de longitudine;& alterã de latitudine iam antea dictas.Reliquæ uero p has facile dignoscerent.Quodã eni modo his utẽtes elemẽtis ptes inuicẽ se habẽtes colligemus:& cæte ras habitãdi habitudines in terrã uel in cælũ spectãtes.Cæterũ mare plurimũ terrã designat ac for mat:& sinus ac pelaga:& freta cõficit plurimũ:isthmos similiter ac pœnĩsulas:& promontoria.Assu munt & ex hocipso fluuii & montes.Per talia nãq; ipse cõtinẽtes & gentes & oppidorũ situs natura bene cõpositi intelligunt:& cæteræ uarietates quibus referta est designatrix locorũ tabula. In q̃bus quidẽ est & insularum multitudo pelago dispersa:ac in littoribus oĩbus.In aliis altas uirtutes ac ui tia & uarios ipsarum usus abususq; ostendentibus:has quidẽ natura:has uero apparatu:quas natura dici conuenit perdurant enim Adiecta uero permutationes accipiunt. Harum quoq; quasdam diu tius perdurare ualentes declarare necesse est.Quæ quidem non diu:alioquin uero illustrem clarita tem quampiã tenentes & gloriam:uel quæ in tẽpus posterũ permanens modũ quendã locis cogna tum efficit:& apparationẽ haud amplius existentẽ.Ea propter & hæc memoria teneri oportere con stat.Permultæ nãq; sunt urbes de quibus hoc dici contingit.quod & Demosthenes ipse de adiacen tibus Olyntho commemorauit. Quas sic claruisse inquit ut siquis aduenet illas nunq̃ habitatas fuisse intelligat.Ad hæc tamen & alia libenter loca proficiscuntur tam celeberrimorũ operũ uesti

gia cõtéplari cupientes:sicut & illustriũ uirorũ sepulchra:sic & iure institutaꝶ rerũ publicarũ recordationé usurpamus:quæ illis in locis iam extinctæ sunt. Cũ eodé nos modo inuitet utilitas quo & res gestæ. Id ení aut imitatiõis aut taliũ euitationis gratia sit. Primá itaq; designatioté repetentes dicimus habitabilé terrá nostrá circũfluá existenté:ab exteriore mari multos in seipsam ab Oceano sinus admittere. Quattuor aũt amplissimos:e q̃bus aq̃lonatis q̃dé mare Caspiũ uocatur:q̃d plæriq; nũcupát Hyrcanũ. Persicus aũt & Arabicus ab australi mari effunduntˀ:unus q̃dé aduersus maxime Caspio:reliquus põtico. Quartus hos magnitudine admodũ supat: qué mare nostrũ q̃d iterius appellamus efficit:initiũ ab occasu & freto p Herculeas colũnas accipiés:& ad orientis regiones alia latitudine lõge porrectũ:deinde diuisum & duos in sinus diffusioris pelagi terminatũ. Vnũ quidem a sinistra qué Euxinũ pontũ appellamus:alteꝶ auté cõstanté ex Aegyptio pelago & Pamphylio & Issico. Cæteꝶ uniuersi quos cõmemorauimus sinus ab extimo mari angusto ĩfluũt æstu. Amplius aũt sinus arabicus & Gaditanus p colũnas:reliq̃ uero minus. Terra sane quæ illos ĩcludit trifariá ptita é quéadmodũ dictũ est. Europa facile plurimas cunctaꝶ formas induit: Africæ cõtra euenit: Asia media quodámodo ambarũ dispositioné habet. Oẽs aũt ex littoribus iteſtinis ut multiformes sint aut nõ causam habét. Exterior auté exceptis iam dictis sinibus simplex est instar clamydis:ut dixi. Nam reliq̃s in exiguo differẽtias omittamus. In magnis ení quod pusillũ sit nihil ĩterest. Rursus ĩ geographica sciẽtia nõ modo formas:& locoꝶ magnitudines inq̃rimus:sed etiá mutuas inter se cõtinétias ut diximus. Et hic interiora littora maioré q̃ exteriora uarietaté exhibét. Maior quoq; notitia atq; téperies & in urbibus & in nationibus p bona gubernatis instituta in his magis q̃ in illis uersatur. Ista uero magis nosse cõcupiscimus:in q̃bus plures tradunt actiones:plures artes: plura regẽtiũ darũ ciuitatũ instituta:altaq; quæ ad cõparandá prudẽtiá coopantˀ:& necessarii rerũ usus ad illa nos conducunt:quæ quoad pueniri potest implicitas secũ habét cõmunicationes. Hæc sunt quæ habitantˀ: immo uero recte habitantˀ. Ad oĩa huiusmodi(ut dixi)nostrũ mare magná habet excellẽtiá. Hinc ergo exponẽdi ambitus suscipiẽda sunt primordia. Huius *sinus initiũ esse a colũnarũ freto* dictũ est. Latitudo eius angustissima stađ *circiter septuaginta traditˀ. Circũcirca uero angustias nauigáti stađ* centũ & uiginti. Distantiá littora ipsa una capiũt:sinistrũ uero magis Et aspectus ipse ingẽtis cuiusdá pelagi apparentiá præ se fert:E dextro quidé latere terminos habet littus Africanũ Carthaginé usq;. Ex altero uero littoribus terminatˀ Hispano & Gallico ad Narboné & Massiliá. Dehinc Ligustico:postremo uero Italico usq; in fretũ Siculũ. Latus aũt pelagi ad ortũ spectás Sicilia est: & utriq; iacentia eius freta:e q̃bus unũ ad Italiá pertinés stađ septé patet. Quod aũt Carthaginé spectat stađ mille & quingẽtis. Cæterũ a colũnis in fretũ quod septé stađ dixi ducta linea: pars illius est quæ ad Rhodũ & Taurũ ducta mediũ iam dictũ pelagus incidit:ferˀ auté stađ mil. duodecies:hæc quidem pelagi lõgitudo. Sed maxima latitudo ad stađ quinq; mil. e sinu Gallico inter Massiliá & Narboné ad regioné Africæ oppositá. Huius auté maris parté uniuersam Africanũ uocát pelagus. Quod aũt terræ opponiˀ partim Hispanũ:partim Ligusticũ:partim Sardonicũ: ultimũ uero usq; ad Siciliam Tyrrhenũ mare nuncupatˀ. Ad littoreá uero plagá Tyrrhená usq; ad Ligusticá crebræ extát insulæ. Maxime auté Sardinia & Corsica post Siciliá:quæ q̃dé & bonitate & magnitudine cæteras nostras superat. Multo aũt his ĩferiores longius in mari sitæ Pandria & Pantia. At terræ propiores Athalia: Planasia:aliæq; & Pythecusæ Prochyta capreæ Leucosia:& reliquæ generis huius. Alia ex parte oræ Ligusticæ ante reliquá ripá usq; ad colũnas nõ multæ:E quibus est Gymnesia & Bysus. Ante Africá quoq; atq; Siciliá nõ multæ:quarũ est Cosura & Egimurus & Lipareone:quas appellát q̃dá Aeolias Post Siciliá & utrunq; fretũ alia cõtinẽter adiacẽt maria. Vnũ ante Syrtes & Cyrenaicum & Syrtes ipse Alteꝶ olim quidé ausonium:nunc uero Siculũ uocitatũ in illud confluẽs atq; cõtiguũ. Quod igitˀ Syrtibus prætenditˀ & regioni Cyrenarũ Lybicum siue Africanũ appellatˀ:& in ægyptiũ finitur pelagus. E Syrtibus minor quidé stađ mil. & sexcentũ habet ambitũ. Ostiũ utrinq; adiacẽtes habet insulas. Meninx ac Cercina uocantˀ. Eratosthenes tradit maioris Syrtis circuitũ mil. quinq; esse. Profundũ uero mille & octingentũ:ab hesperidũ agro ad Automala:& Cyrenarũ confinia:ad reliquam terram Lybiá quæ in eo tractu est. Alii nauigationis ambitũ stađ q̃ttuor mil. esse referũt. Profundũ auté mille & quingentũ:quanta est oris latitudo. Cæterũ Siculũ pelagus Siciliæ & Italiæ ad orientem opponiˀ:& ité interiacẽti trásitui inter Reginũ agrũ usq; locros:atq; Messaná usq; Syracusas & Pachynũ. Crescit aũt ad oriẽtis parté usq; ad Cretæ pmontoria:& plurimá Peloponnesi parté alluit & sinũ qué Corynthiacũ uocant ĩplet. Ad Aq̃loné uero uel ultima Iapygiæ & Ionii sinus os:& Epiri partes in austrũ spectantes usq; ad sinũ ambraciũ:littusq; cõtiguũ:quod sinũ Corynthiacũ ad Peloponnesum efficit. Sinus auté Ionius eius pars est:quod Adriaticũ hoc tépore diciˀ. At huius positũ a dextra latus regio facit Illyrica:sinistrũ uero Italia usq; ad intimos Aquileiæ recessus. Est auté ad septẽtrioné & ad occasum ptendens angustus & prolixus. Longitudo quidem stađ sex mil. latitudo uero amplissima stađ ducentũ supra mille. In eo sane tractu freq̃ẽtes solæ sunt insulæ ad terrá Illyricá:& absyrtides & Ceryctica & Liburnicæ:Issa etiá & Traguriũ & Melisa & Corcyra & Pharus. Ad Italiá uero Diomedeæ:a Pachyno auté in Cretá Siculi maris interuallũ stađ quattuor mil. & quingẽtum esse tradunt: Tantundé ad Tenaꝶ Laconicũ. Ab extrema uero Iapygia ad interiora sinus Corinthiaci minus q̃ stađ trium mil. interest. Ab eadem autem Iapygia extrema in Africam plus q̃ mil.

Caspiũ mare
Hyrcanũ mare
Persicũ mare
Arabicum mare
Euxinus
Europa
Africa
Asia
Ligusticũ mare
Tyrrhenũ mare
Sardinia
Corsica
Sicilia
Pandria
Pantia
Athalia
Planasia
Pythecusæ
Prochyta
Capreæ
Leucosia
Gymnesia
Bysus
Cosura
Egimurus
Lipareone
Aeoliæ
Ausonium mare
Siculũ mare
Lybicũ mare
Africanum mare
Syrtis
Meninx
Cercyna
Corynthiacus sinus
Adriaticus sinus
Illyris
Absyrtides
Ceryctica
Liburnicæ
Issa
Traguriũ
Melisa

Corcyra
Pharus
Diomedeæ
Pachynus
Sybota
Cephalléia
Ithaca
Zacynthus
Echinades
Creticum mare
Myrthoū mare
Cythera
Caluaria
Aegina
Salamin
Aegeū mare
Icarū mare
Carpathiū mare
Cyclades
Sporades
Samos
Chius
Lesbos
Tenedos
Euboea
Scyrus
Pepethus
Lemnus
Thasus
Imbrus
Samothracia
Abydis fretum
Pontis Euxinus
Criū ꝓmōtorium
Carambis
Leuca insula
Meotis
Bosphorus
Cyriceni
Syria
Phœnice
Cyprus
Themiscyra
Asia
Europæ laudes

quattuor. In eo aūt tractu insulæ sunt Corcyra & Sybota ante epirū Deinceps uero ante sinū Corinthiacum Cephallenia Ithaca Zacynthus Echinades. Siculo autē Creticū cōiungit̃ pelagus & Sardonīū & Myrthoū; quod inter Cretā & Argiā atticāq; iacet. Quod latitudinē maximā habet ab attica ad stađ mil. ducenta. Lōgitudo minor q̄ dupla. In hoc uero sūt īsulæ Cythera Caluaria & quæ Aeginam cingūt & Salaminē: & ex Cycladibus plæræq;. Quod uero cōtiguū est iam Aegeū existit cū sinu melane idest nigro atq; Hellesponto. Est & icariū & Carpathiū usq; Rhodū Cretāq; ac Cyprum & primas partes. Cæterū ad Asiam pertinēt īsulæ Cyclades & Sporades & quæ Cariæ & zonæ & æoliæ usq; Troadem adiacent. Cū inquam & Samū & chiū & Lesbum & Tenedum. Eodē etiā modo quæ ante Græciam iacent usq; in Macedoniā sibiq; conterminā Thraciā Euboea & Scyrus & Pepethus & Lemnus & Thasus & Imbrus & Samothracia & cæteræ cōplures: de quibus singulis aperiemus. Huius autē tractus mare longitudinē habet mil. circiter quattuor aut paulo plus. Latitudinē uero ad mil. duo. Cōtinetur autē a prædictis Asiæ partibus & maritimo spatio e Sunio usq; in sinū Thermeum: qua in septentrionē nauigatio agit̃: & a Macedoniæ finibus usq; in Cheronnesum thraciam. Apud hanc adiacet septem stađ fretum ad Sestum & Abydū; per quod Aegeum & Hellespontus in aliud ad septentrionē effluit mare; quođ Propontidem appellant: & illud in aliud quod Euxinum pontum nominant. Hunc quodāmodo bimarem dicimus. ad medium nanq; duo procūbunt promontoria. Vnum quidem ab Europa partibusq; borealibus; alterū ex Asia huic oppositū. Vnde transitus ipse coartatur inter medius: & ingentia duo efficiuntur maria. Europæ quidē promōtoriū Crium id est arietis frontem appellant: alterum asiæ Carambin: distāt autē inuicē circiter stađ duo mil. & quingenta. Spectans igitur in occasum pelagus e Byzantio usq; in Borysthenis eruptiones lōgitudinem habet stađ trium mil. octingentum: latitudinē uero duum milliū: in quo leuca. i. alba iacet insula. In orientem uero spectans parem continet longitudinem: & in angustū finitur recessum: qui ad Dioscuridē pertinet ad stađ mil. quinq; aut paulo plura: latitudo ad stađ mil. tria patet. Ambitus uero totius pelagi stađ mil. uigintiquinq;. Huius autē ambitus figurā arcui Scythico: dum intēditur plærīq; comparant. Neruum dexterioribus ponti partibus similem exhibent; hæc est autē ab ostio usq; ad Dioscuridis agri recessum annauigano. Nam excepta Carambe reliquū omne littus parum aut prominet aut recedit adeo ut rectum uideatur. Reliquæ parti ipsius arcus cornu simile est quod geminas curuationes habet: quæ quidem superne est rotundiorem tenet: quæ uero īferior rectiorem: sic illam geminos sinus efficere: e quibus qui spectat in occasum lōge altero rotundior est supra sinum autē ad ortum uergentem Meotis palus iacet ad aquilonē stađ nouem mil. aut paulo plurium circuitū habens: hæc penes Bosphoꝝ: quem Cimmericum appellāt in pontum effluit. iste per Thraciū in propontidem excurrit. Os enim Byzantiacum Thracium Bosphorum uocāt: quod stađ quattuor existit at Propontis stađ mil. & quingentū in lōgitudinē protēdi perhibetur ex Troade Byzantiū usq;. par uero quodāmodo extat ipsius latitudo. hic Cyzicenorū consistit insula. Et circa eam pusillæ quædā insulæ Aegei enim maris ad aquilonē talis est refluxio & tāta: rursusq; e Rhodia ægyptiū pelagus efficiens & Pamphyliū & Issicum. In orientem nāq; & Ciliciæ partes pariter extendūtur usq; ad stađ mil. quinq; trans Lyciam & Pamphyliā & uniuersum Cilicum littus: hinc Syria & Phœnice & ægyptus ad austrum & occasum mare circundāt usq; Alexandriā. In sinu autē Issico & Pamphylio Cyprum iacere contingit (quæ pelago contigua est ægyptio. Est autē e Rhodo alexandriā interuallum ab aquilonis regione stađ puta mil. quattuor. Nauigationis uero circuitus duplicat̃: hanc nautarū æstimationē esse de maris spatio ꝓhibet Eratosthenes: cum quidā esse sic dicāt alii uero mil. stađ quinq; asserere nō dubitent. Ipse autē per umbrarū inuestigatorē Gnomonē stađ mil. tria septingenta: quinquaginta inuenisse ait. Huius quidē maris partes Cilicia & Pamphylia; & Ponticæ regiones dextiæ nuncupatæ: simul & Propontidis: & deinceps usq; in Pamphyliā extēta littora ingentem quandā efficiunt pœninsulā: seu Cheronnesum & magnā quandā fluctibus ambitā terram idest isthmium ex tarsensi pelago ad oppidum Amisum: & Themiscyram campum Amazonum. Regio enim hæc intra lineā ipsam cōsistens usq; in Cariam & Ioniā: & gentes intra Alyn habitantes tota ab ægeo pelago & iam dicti maris partibus utrinq; circūalluit̃. Et hanc quidem proprie eodem quo uniuersa noīe Asiam uocamus. Vt autē summatim dicamus: nostri maris signum maxime in austrū extens magnæ Syrtis sinus est. Post hunc Alexādria ægypti: & Nili fluēta. Aquiloni uero proximus Borysthenes est. Siquis tandē Meotin quoq; pelago adiūxerit. Est enim perinde ac Tanais pars Occasui autē propius est colūnarū fretum: coniunctissimus uero orienti est quem dixi ante recessus ad Dioscuriadē: haud recte sane sinum issicum dixit Eratosthenes. Ipse enim in eodē meridiano quo & Amisus & Themiscyra situs est. Quod si uelis assume & Sydenā usq; Pharnaciā. Ab hisce partibus directa in orientem nauigatione cursus est quidem ad Dioscuriadem supra stađ mil. tria; sicut in parte magis ex circuitione manifestabitur. Nostrū igitur mare huius generis est. Terras autē nunc: quæ illud amplectuntur subscribere necesse est. Ab iisdem uero regionibus primordiū capiamus: a quibus maris ipsius designationē scribentes accepimus. Interius igitur per colūnaꝝ fretum nauigātibus. In dextra qdē est Africa usq; ad Nili fluēta: in sinistra uero ad oppositū fretū usq; ad Tanain Europa. Terminant̃ autē utræq; in asiā. Ab europa est igit̃ īchoandū. Quādoqdē & multiformis in primis est: & ad uiroꝝ uirtutē ingenue disposita; ciuiumq; & domesticarū ad alios rerū

transfusiua,est enim tota habitabilis:in exigua tantūmodo parte:propter frigoris uim inhabitabilis
quæ finitima Tanaidis & Meotidis incolis:Borysteñesibusq; in curribus degentibus. Habitabilis au
tem regiotus id quod est algidum & montanum natura laboriose habitatur. Curatores autem pro-
bos suscipientia loca etiam praue habitata & per latrocinia mitigantur. Quemadmodum obtinen-
tes Græci montes petrasq; incoluerunt pulchre ob prouidentiā circa ciuilia artesq; & reliquū ad ui
tam sensum. Romani quoq; multas gentes accipientes:quæ natura inhumanæ erant ex ipsis locis as
peris importuosisq; & frigidis:causa ue alia male habitatis insociabiles homines inter se:multis aliis
admixtis connexuerunt:Et ciuiliter quidem uiuere agrestiores:durioresq; docuerunt. Quātum ue
ro Europæ ipsius est in plano:naturaleq; habet temperiē multū adiuuat ad ista. Quandoquidem id
quod est in felici regione pacificū omne est:Et quod in tristi pugnax & uirile:accipiuntq; hæ gentes
Permulta etiam de Elaeis puellis facta cōmemorat:& Thesei phano & quæ Lyceū habet & Olympica:quam semifactam Rex morte præreptus dimisit:anteq̃ donū offerret. Similiter & Academia & Philosophoꝝ horti:& cantoꝝ receptaculum & porticus uaria & templa per urbem:quæ omnia artificum habebāt opera. Amplior autem esset oratio siquis ædificādæ urbis autores perscrutetur:accepto a Cecrope initio:nec enim omnes eodem asserunt modo. Id autem ab eis nominibus manifestum est. Nam ab Acteone Acticam dicunt. Atthidem uero & Atthicam ab Atthide Cranai filia. A quo & inquilini Cranai uocantur. Mosopiam uero a Mosopo. Ioniamq; a filio Xuthi Ione Posidoniam siue Neptūniam:& Athenas a Posidōe siue Neptūno & Athena idest Minerua appellationē deorum sortitam. Dictū est q; hoc in loco gens Pelasga uidet̃ esse uersata. Quodq; Pelasgi ab Atheniensibus pp illoꝝ errorē sint appellati. Quo uero maior est circa res præclaras honoris auiditas:quoq; plures fuere qui eas scriptis cōmendauere:eo maior est redargutio:nisi quicq̃ contineat historiæ. Sicut in fluuioꝝ aggregatione ridere Callimachus inquit:Siquis scribere audeat Athenienses uirgines dulce ac purū Eridani haurire uinū a quo & pecora se abstinerent. Sunt igit̃ lucentes aquæ potuiq; suauissimæ fontes(ut aiunt)extra portas q̃s Diocharis appellant iuxta Lycaeum. Antia copiose atq; pulcherrime fons aquæ prope egregio constructus ornamento fuerat. Qui si hodierno tpe nusq̃ est qdnā esset:si priscis ānis abundās:& lucida cū esset adeo ut etiā annis fieret posteriori mutata sit æta re. In tot igitur ac tantis īmorari non licet. Nec uero silentio ita præterire:ut quorūdam saltē summā memoria non cōplectar. Satis erit hæc adiecisse:quod(ut Philochorus memoriæ prodidit)cū regionē ipsam Cares qdem a mari Boetii uero a terra populationibus uastabant:quos Aones uocitabant:Cecrops primū multitudinē in ciuitates.xii.habitandas digessit. Quarū nomina Cecropia:Tetrapolis. Epatria:Decelea:Eleusis:Aphidna:siue ut alii plurali numero Aphidne:Thoricus:Brauron:Cytherus:Sphettus:Cephesia:Phalerus. Theseus uero postea duodecim illas in hanc unam cum cōgregasse ciuitatē denuo memorat̃. Athenienses quidē regali prius gubernabātur Imperio. In popularem postmodū transiere statū. Inuadentibus inde Tyrānis Pisistrato eiusq; filiis;cum demū paucoꝝ dominatus irrupisset:&.cccc.&.xxx. Tyrannoꝝ quos Lacedæmonii iposuerant;hos quidē exturbauere facile. Et popularē potentiā tutati sunt:quoad Romani ciuitatem potētia sua possederūt. Nā si paruo quodā tēpore Macedonioꝝ. Regū uim infectā coacti habuere;eandē tamen gubernandi formā integrā seruauere. Quidā sane tradunt ea tēpestate p annos decē illos optimo statu gubernasse:qua Macedonū Principi paruere Casandro. Hunc enim uirū cū aliis in rebus uehemētior. Tyrānus esse uideretur:certe in Athenienses benignā exercuisse mentē constat. Ex quo parentē sibi ciuitatē accepit. Demetrium nanq; Phaleriū ex ciuibus Præfectū imposuit Theophrasti philosophi familiarem q non modo popularē nō destruxit potentiā:sed etiā melius rectiusq; restituit. Documēto sunt illius uiri Cōmentaria:quæ de ista repu. scripta reliquit. Veꝝ tantū inuidia ualuit:& in paucos odiū & inimicitia:ut post Casandri obitum in Aegyptū fugere coactus sit. Insurgentesq; statuas eius:plures.ccc.detractas cōflauere:quodq; est indignius adiecere quidā in matulas. Romanus igit̃ Senatus eos popularē statū agētes accipiens:proprias ipsis leges institutaq; seruauit:& libertate donauit. Verū Mithridatico ingruente bello Rex ipse quos uoluit ei Tyrānos instituit. At potentissimū Aristonem q ciuitatē ipsam uiolenter afflixerat Sylla Romanoꝝ Imperator expugnatū obsidione hoiem: in potestatēq; redactū supplicio affecit:& ciuitati ueniā tribuit. Quæ in hodiernū diem usq; libertate fruit̃:eamq; Romani magnis dignant̃ honoribus. Post Piræum aūt portum Phalerius ē populus in littore propinquo. Dehinc Halimusii:Exonii Halienses siue piscatores : Exonii Anagyrasii . Inde Orei:Lampyrei:Aeginenses:Anaphystii Azenēses. Hi quidē populi usq; ad Sunium promontorium sūt. Inter hos uero quos dixi populos longū est proruōtorū Zoster appellatū. Primū post Exonios. Dein aliud post Thoreos:Astypala. Ante illud iacet Insula Fabia. Ante aliud Eleussa. Ad ipsos etiam Exonios Hydrussa. Ad Anaphystios āt Panos templū est:& aliud Veneris Coliadis . Quē ad locum naufraga enatasse spolia ferunt e classe ultima Persaꝝ:qui ad Salaminē nauali prælio decertarunt . De qbus & Apollinē oraculū ædidisse constat. Coliades sane mulieres remigiis horrebunt. E regiōe aūt horū locorū Belbina iacet Insula:nō admodū semota & uallū Procli. Plurimæ uero haꝝ cultoribus sunt uacuæ. Vbi āt promontoriū Sunii flexeris:Sunius est populus dignitate præstās. Dehinc Thoricus. Dein Potamus:idest fluuius populus:sic enim appellat̃:unde & incolæ Potamii dicti. Post Prasia:Sterea:Braurō:ubi Brauroniæ Dianæ sacellū est. Myrrhinusa:Probalinthos: Marathon : ubi Milciades copias funditus dedit in stragē:quæ ducē Datim Persicū sequutæ fuerant;non expectans Lacedæmonioꝝ auxiliis tardius ob rotundā lunam profectis. Hic ut Poeticis tradit̃ fabulis Theseus Marathoniū mactauit Taurū. Secundū Marathonē aūt Tricorythus. Dehinc Rhamnus Nemeseos templum habens. Dein Psaphis Oropiorū. Hic situm est Amphiarai oraculū quondā uenerabile. Vbi Amphiaraum fugitantem(ut Sophocles inquit)scissa Thebana tellus hausit:ipsis cum armis curruq; quadriiugo. Oropus profecto sæpenumero in controuersiā certamenq; peruenit. In confinibus.n. Atticæ ac Boetiæ situs est. Ante hoc littus autem ad Thurium & Sunium iacet Helena Insula:aspera quidem & solitaria;prolixa stad.lx.longitudine. Eius mētionem a poeta factam esse aiunt,his in uersibus;ubi Alexander Helenam alloquitur.

Nec quum te rapiens primum e Lacedæmone pulchra.

Athenarū
minum
Cecrope
Attica
Attica
Cranai
Mosopia
Ionia
Possidonia
Neptūnia
Atheæ
Eridanus
Antia
Aones
Cecrops
Cecropia
Tetrapolis
Epatria
Decelea
Eleusis
Aphidna
Thoricus
Brauron
Cythetus
Sphetus
Cephesia
Phalerus
Cassādrus
Demetrius
Demetrii
statuæ
Ariston
Phalerius
populus
Halimusii
Exonii
Halienses
Anagyrasii
Orei
Lampyrei
Aeginenses
Anaphystii
Azenenses
Zoster
Astypala
Eleussa
Hydrusa
Colades
Belbina
Proclus
Sunius populus
Thoricus
Potamus
Prasia
Sterea
Brauron
Myrrhiusa
Probalinthos
Marathon

Pontiuagis ratibus Cranao me in littore iunxi.

Hanc enim Insulam dicit Cranã:quæ hoc tẽpore Helena uocat̃:quoniã in ea coierit: & eoꝝ mixtio facta est.Post Helenã uero Euboea finitimo accũbit littori longa similiter & angusta.Et pro eius lõgitudine continenti apposita:Sicut Helena A Sunio sane ad Australe Euboeæ ꝓmontorium: quod littus album uocat̃:nauigatio est stad.ccc.sed de Euboea in posterioribus dicet̃.Populos uero Atticæ in agro mediterraneo explicare longũ esset:tanta eoꝝ multitudo est.E montibus maxime nobiles.Hymettus e Brilessus & Licabettus & Parnes & Corydallus.Effossio aũt marmoꝝ pulcherrimorum ex ora Hymettia:& Helice penes urbẽ est.Hymettus qdẽ mel gignit optimũ.Argẽtifodinæ fane regionis Atticæ initio qdẽ existimatione dignæ.Hodie aũt defecerunt.Ipsi artifices ueteres quisquilias:& spurciciam recoquẽtes:purgatũ ex illis argentũ adhuc íueniebant.Cũ antiquiores illis imperite fornaculis uterent̃.Mel aũt Atticũ cuncta bonitate superat.Eo uero longe præstantius illud esse dicit̃ quod ad argentarias gignit̃.Quod qdẽ etiã Acapnistũ idest a fumo purgatũ aiunt quodã apparitionis modo.E Potamoꝝ.i.fluuiorũ numero Cephissus est:e Trinemis originẽ ducens:p plana uero fluens.Vbi Gephyra.i.pons adest & Accolæ Gephyrismi pp dicacitates atq; conuitia.Is per crura muroroꝝ in Piræum usq; pducta Phaleriũ ingreditur pelagus.Magnaq; ex pte Torrentis instar labit̃:æstiuo penitus diminutus tẽpore.Talis item Ilissus est ex altera urbis parte currens ad littus.i.e locis sup Agram Et Lycæũ ac fontẽ quẽ in Phedro Plato collaudauit.De Attica quidẽ hæc.

Deinceps est Boetia de qua uerba factuꝝ:gentibusq; finitimis repetere quædã oportet:quotum facta supius est mẽtio declarãdaꝝ reꝝ gratia.Dicimus aũt ripam ipsam a Sunio usq; Thessalonicã in septentrionẽ porrigi:cũ mare supernũ in orientẽ declinet.Loca uero quæ supra in occasũ iacent:uti fascias quasdã per totã oram inuicẽ extentas.E quibus prima ẽ in agro Megarensi quæ orientalẽ instar fasciæ ꝓtendit partẽ:e Sunio usq; Oropũ:& illius regionis ripã.Orã aũt occidentalẽ atq; Isthmũ & mare Halcyonium ad fontẽ usq; Creusam.Secunda Boetia est ab ortu in occasũ ꝓfecta: fascia qdam ab Euboico mari ad Crissei sinus mare.Equalis quodãmodo longitudine ad Atticã uel minor in longũ.Verũ agri uirtute etiã atq; ẽt lõge præstãs.Ephorus sane & hoc in loco Boetiã finitimis gẽtibus excellẽtiorẽ esse demõstrat.Et quod sola triplici alluitur pelago:& pluribus abũdat portubus in sinu qdẽ Crisseo & Corinthiaco delata ex Italia & Sicilia & Africa mercimonia excipit. E ptibus aũt Euboeã spectãtibus ad utrũq; latus Euripi diuiso littore:hoc qdem ad Aulidẽ Agrũq; Tanagre uergit.Illud aũt ad Salganeũ & ãthedonẽ continuũ est mare:quod Aegyptũ & Cyprũ & Insulas expectat.Et illud quod Macedones & propontidẽ & Hellespontũ ꝓspicit.Addit etiã q eius partẽ Euboeam quodãmodo Euripus efficit:sic angustus ut ipsi Boetiæ ponte ad duoꝝ iugerũ mensurã coniungat̃.Huiusmodi laudibus regionẽ ipsam extollit.Et ad imperandũ natura qdẽ comparatam esse. Educatione uero ad disciplina nequaq̃ usos illius præsides:qui licet rem ꝓspere quãdoq; gesserint: tamen ne parũ quidẽ tpis perdurarũt.Sicuti documento extitit Epaminundas.Vbi.n.ille mortẽ oppetiit:e uestigio principatũ amisere Thebani eo tantũ degustato.Cuius rei causa fuit:quia consuetudinis & familiaritatis cũ hominibus habendæ rationẽ neglexerunt.Solius duntaxat uirtutis bellicæ curã suscipere.Adiciendũ etiã quã ob causã cum Græcis ea potissimũ ratio utilis est . Quãdoqdem cũ barbaris uiolentia ipsa est affabilitate potentior.Enim uero Romani prioribus sæculis aduersus nationes agrestiores belligerantes huiusmodi suauitatis disciplina nequaq̃ indigebant.Ex quo autẽ aduersus mansuetiores populos tractare bella cœperunt:huic sese applicantes titui moribusq; degẽdi cuncta suo subdidere regno.Cũ uero Boetiã prius Barbaræ gentes incolerẽt:Aones Temmiceq; e Sunio profugæ:uagiq; Leleges & Hyantes:deniq; Phoenices Cadmi comites regionẽ tenuerunt:q arcẽ Cadmeã muro uallauit:& Regnũ suis posteris nepotibusq; reliqt.Illi porro arci Cadmeæ Thebas muro coniunxerunt.Regnũq; conseruarunt: plurimorum Boetioꝝ imperium adepti Quoad Epigoni exercitũ induxerunt:horum ætate paruo deficientes tpe:rursus Thebas repetierunt.Similiter a Thracibus & Pelasgis eiecti in Thessalia regnũ collocauere:cũ Arneorum multi tpis societate: unde Boetici uocati sunt oẽs.Postea in patriã restituti sunt:cũ Aeolica iam parata classis eẽt ad Aulidẽ Boetiã quã in Asiam Orestis filii mittebant:& Boetiæ agrũ Orchomenium adiunxissent . Nam prius nulla erant cõmunione coniuncti nec Homerus eos Boetiis annumerauit.Sed Minyas seorsũ nuncupat:hi cum illis eiecerunt quidem Pelasgos intra Athenas.A quibus ciuitatis portio Pelasgica uocatur sub Hymetto sua collocantes habitacula. Thraces uero ad Parnasum.Hyantes uero Phocensem urbem Hyan incoluere:memoriæ prodidit Ephorus.Thraces factis erga Boetios inducus: noctu incursationes egisse.Cũq; securius & negligentius expeditionem agitarent : perinde ac pace iam facta:eos uero Boetii propulsassent.quererenturq; quod inducias uiolassent:illi non uiolasse responderunt . Dies enim pepigisse:noctu autem incursasse. Vnde uulgatum est prouerbium Thracium commentum.Verum durante adhuc bello abiisse Pelasgos:captandi oraculi gratia.Abiisse ẽt Boetios . Igitur redditum quidem Pelasgis oraculum : dicere inquit non posse : Cæterum Boetiis Eos ab ipsa occisa uate:& impietate fœlices fore:& rem prospere gesturos.Edituos autem existimasse uatem Pelasgis generis propinquitate gratificatam.Nam & Phanum initio Pelasgorum extitisse. Hunc in modum interpretatam corripientes mulierem in ignẽ iniecisse. Animo uertentes siue illa maliciose fecisset siue nõ:utrunq; in partẽ recte se habere.Siquidẽ falax ædidisset oraculũ eam sup-

Crana
Euboea
Attica populi
Hymettus
Bryleſſus
Lycabettus
Parnes
Corydallus
Helice
Mel
Cephiſus
Gephyra
Ilissus
Boetia
Halcyoniũ mare
Creuſa fõs
Aones
Temmices
Leleges
Hyantes
Cadmea arx
Thebæ
Hyas
Thracium cõmẽtũ

plicio affectam.Sin uero malicioſe nihil ædidiſſet:eos impata patraſſe.Præfectos autem Phani:ppe-
tratores illos ut inudicatos occiderent:& quod amplius eſt i templo nõ approbaſſe.Rem uero i iu-
dicio cõſtituiſſe:ad ipſaſq; ſacerdotes citaſſe.Eæ aũt ,pphetiſſæ ſũt:quæ e tribus reliquæ ſupererãt.
Illis aũt dicentibus nuſq̃ legẽ eſſe:qua mulieres ius dicerent:aut iudiciũ facerent:electos etiã aſſum-
pſiſſe uiros.pari cum mulieribus numero.Viros igiť abſoluiſſe:at mulieres damnaſſe.Paribus autẽ
ſuffragiis exiſtentibus uiciſſe quæ abſoluerunt.Ex hoc aũt apud Dodonen uiros ſolis reſponſa dare
Boetiis.Ipſas aũt Prophetiſſas oraculũ interpretantes:cõtra quod deus ipſe Boetiis imperet diſſere-
re.Tripodas apud eos collectos ad Dodonã mittere quot ãnis:iãq; hoc efficere.Semp.n.ex ſuſpenſis
Tripodibus aliquẽ nocturno diripientes tempore:& ueſtibus occultãtes:quaſi clanculũ tripodes af
ferre Dodonã.Poſtea Aeolicæ deducẽdæ Coloniæ:Penthilo auxiliũ attulerunt.Plurimos ex eorum
numero ſimul emittentes:adeo ut Boetia nũcupareť Colonia.Poſterioribus annis bellũ iuxta plate
as geſtum agrũ eoꝝ magna uaſtitate afflixit.Suis inde rebus reparatis:ireꝝ eo potẽriæ cõſcenderũt:
ut de Græciæ principatu Thebana ciuitas decertaret:duobus prœliis Lacedæmone ſupara. In ipſa
uero pugna cadente Epiamenunda:ea de ſpe falſi deciderunt.Tamen pro Græcis contra Phocenſes
cõmunis templi ſpoliatores bellũ ſuſcepere. Verũ hoc ex bello contracta calamitate inuadentibus
Græciã Macedonibus:ipſi p ſe urbẽ funditus deletam amiſere.Inde refectã mœnibus recuperarunt
Ex eo tempore rebus in peiora ſublapſis ad hæc uſq; tempora:ne mediocris quidẽ Pagi formam re

Tanagra
tinet.Reliquæ etiã urbes pari ſeſe ratione habẽt:præter Tanagrã atq; Theſpias.Nã hæ ſatis commo

Theſpiæ
dæ pmanent pro illoꝝ cõpatione.Deinceps ſane de regionis ſitu facienda eſt expoſitio. Initiũ ab

Oropus
Euboico littore ſumentibus:quod Attico ſolo cõtinens eſt.Principiũ aũt ẽ Oropus:Portuſq; ſacer:

Delphinius
quem Delphiniũ uocãt.Ad quẽ antiqua iacet Eretria:in Euboea nauigationẽ.lx.ſtađ.habẽs.Secun-
dum poſt Delphiniũ eſt Oropus ſtađ intra.xx.Apud hunc uero eſt huius temporis Eretria.Nauiga

Eretria
tio ad eã eſt ſtađ.xl.Deinde Delium Apollinis templũ eſt:quod e Delo ,pfecti cõdiderũt. Tanagreo-

Socrates miles
rumq; caſtellũ eſt lõge ab Aulide ſtađ.xxx.Vbi prœlio deprehenſi Atheniẽſes effuſa fuga terga uer-
terunt.Inter fugitandũ aũt Socrates philoſophus miles pedeſter Xenophonrẽ Gryli filium conſpica

Xenophon
tus ex equo prolapſum:humiq; iacentẽ cũ equus longe abiiſſet ab oculis:eum ſublatũ humeris cõ-

Aulis
plura p ſtađ.exportauit tutũ in locum.Donec quieſcẽte fuga ſalutẽ illi compauit.Porro portus ma

Chalcis
gnus quẽ ,pfundũ uocãr portũ.Dein Aulis lapidoſa ſane ora & Tanagreoꝝ uicus.Portus ſane ẽ qn-

Euripus
quaginta capiens nauẽs.Quocirca Græcoꝝ claſſem magno in portu cõſcendiſſe ſimile ueri dixerĩ.
Euripus quoq; ille Chalcidis prope conſiſtit ab Sunio ſtadia abſens.lxx.Superq; illo pons duorũ im
minet iugerum(ut ſuperius rettuli).Vtrinq; aũt turris inſtat.Vna quidem ex Chalcide.Altera uero
ex Boetia:ad ipſamq; fabrefacta fiſtula eſt.De ipſo & enim Euripi refluxu:tãtũ ſolũmodo dicere ſa-
tis eſt:quod die quolibet ac nocte ſepties curſum trãſmutat:cauſa uero alibi ſcrutanda.eſt.Prope q-

Salganeus
dem locus eſt ſublimis cognomento Salganeus:ab Salganeo cognomentũ aſſequutus ibi ſepulto.Is
homo fuit origine Boetius:q ſeſe nauigantibus e Malea hoc mare Perſis ducẽ præſtitit.Ipſum uero
claſſis præfectus Metabates priuſq̃ Euripũ attingeret occidit.Suſpicabať enim præ malitia claſſem
eo fraude illũ coniecisſe:& anguſtum in mare minime putũ induxiſſe.Qua intellecta fraude Barba
rus ille pœnitentia ductus ipſũ claſſis ductorẽ indigna cæde peremptũ cernens: honore ſepulturæ

Græa
decorauit.Græa quoq; Oropo uicina eſt:& Amphiarai Sacellũ:& Narciſſi Eretriæi monumẽtum:

Tanagra
quod taciturnũ uocant:qñandoquidẽ ꝑtereuntes ſilentia tenent.Quidã ipſã aiunt eſſe Tanagram.

Gephyrei
Eadẽ uero ẽ paſtoria:quæ & Tanagrica.Tanagrei quoq; Gephyrei:ideſt Põtani dicunť.E Gnopia ãt

Mycaleſſus
Thebana huc trãſlatũ Amphiarai templũ eſt.Mycaleſſus etiã Tanagræ uicus eſt.Vicinus qdem uiæ
Thebanæ Chalcidẽ ducẽti.Quẽ lingua Boetia Mycalettũ uocant.Similiter Harma.i.currus Tana-

Mycalettũ
grei iuris eſt pagus ad Mycalettũ deſolatus.Qui ab Amphiarai curru nomen adeptus ẽ.Alter ab eo

Harma
Harmate:quod qdẽ in Attica eſt.Tribus uidelicet quædam ex Atticæ populo Tanagræ ſimilis.Hic
uero ortum illud eſt prouerbiũ.Quãdo p Harma.i.currum fulgurauerit fulgur aliquod ſignificãti
bus Pythicis uatibus quaſi ad ipſum intuentibus currũ.Eoq; tẽpore ſacrificiũ Delphos mittẽtibus:
cũ fulgura cernant.Obſeruabant autẽ ad menſes tris:ſingulis menſibus tres dies:noctesq; totidẽ: e

Harma
Iouis fulguralis foco q eſt i muro iter Pythiũ & Olympiũ.De Boetio uero Harmate ſiue curru.hic
rumor eſt.Aiunt quidem nonnulli corruente de curru Amphiarao:Currũ ipſũ manẽ ad locum illũ
cognomen ipſi loco detractũ eſſe:ubi nunc eius ſacellũ extat.Alii uero ferunt Adraſto fugã capeſſẽ
te:currum eo in loco fuiſſe confractũ.Ipſum aũt Arionis ope ſalutẽ comparaſſe.Pilocorus ãt refert
ipſum a ruſticanis ſeruatũ euaſiſſe.Quã ob cauſã eos ab Argiuis in ciuitatis ſocietatem deuocatos.

Argos
Cæteꝝ Tanagra Argos e Thebis deſcẽdenti a leua ſita eſt: Hyrrhia uero a dextra.At Hyrrhia ipſa

Hyrrhia
hoc tẽpore agri Tanagrei eſt.Quæ prius Thebani ſoli fuerat.Vbi de Hyrrheo fabulæ cõfictæ ſũt:

Orion
& de Orionis ,pcreatione.Quæ(ut Pindarus i Dithirãbis cecinit)penes Aulidẽ iacet.Quibuſdã ſane

Hyſiæ
Hyrrhiã Hyſias dici placet:in Aſopi uicina ſub Citherõe penes Erythras i mediterranea.Quo Hyr-

Erythiæ
rhiei Coloniã deduxerũt.Eã Antiope pater Pictieus ædificauit.In agro ẽt Argiuo ſunt Hyſiæ ab eo

Heleon
Hyſiatæ dicti fuerũt.Ab hac uero Erythraꝝ urbe:Colonia ſunt Erythræ i Ioniã deducta.Vicus ẽt

Anthedon
Thanagre Helcõ a palude noĩatus.Secũdũ Salganeũ ãt urbs ẽ Anthedõ portu prædita:Boetii litto-
ris in Euboeam ſpectantis extrema(ſicuti poeta inquit)Anthedonaq; ĩde ſupremã.Progrediẽti ꝑte-

rea paululum duæ Boetioꝝ urbes exiles occurrũt. E qbus est Larymna præter quam Cephisus labi Larymna
tur. Vltenusq; aliæ eo nomine: quo Tribus Atticæ. Ad tractus uero huius ripá Aegas iacere dicunt Cephisus
in Euboeá sitas. In qbus locatũ est Aegæi Neptũni tẽplũ. Cuius memoriá superius fecimus. Distant Aegæ
aũt ab Anthedonæ Aegæ. c. & xx. stad. interuallo. Ab aliis uero locis multo ac multo minus. Tẽplũ
sane ipsum excelso in monte situm est: ubi etiam aliquando fuit ciuitas. Iuxta Aegas quidẽ Orybæ Orybæ
sunt. In Anthedonis aũt ora mons est Mesapius a duce Mesapo nominatus. Qui aduentás in Iapygi Mesapius
am a se Mesapiá appellauit regionẽ. Hoc in loco facta dicunt: quæ de Anthedõis filio Glauco fabu- Mesapia
læ uulgauerunt. Quẽ in Balená transformatum aiunt. Non procul aũt ab Anthedone locus est: sa- Glaucus
crati signa; decoréq; seruans. Vrbisq; uestigia retinens: quẽ Isum uocant prima correpta syllaba. Exi Isus
stimant uero quidá hunc in modum scribi oportere.
Diuinamq; Ison Anthedonaq; inde supremam.
Producentes syllabam primam poetice metri causa.
ἰσοντεζάθεηνάνθηδονα τέσχατόωσαν
ἀντὶ τοῦ νίσαντεζάθεην.
Pro eo quod est Diuiná Nysam. Nysa. n. nullibi terræ Boetiæ uidetur: ut inqt Apollodorus in naui Nysa
um expositione. Adeo non esse nisi ipsam Nysam sic dixit. Isos enim ciuitas in Meganca terra fuit: Isos
illic deducta a Dronis hodie uero deleta. Aliq scribunt κρευσαν Creusan diuiná eam accipientes: q Creusa
nunc κρεοισα. Creusa dicitur Thespiẽsium Emporiũ in Crisseo positum sinu. Alii diuinasq; Pharas
Est aũt Tetracomiæ. i. quaternos habẽtis pagos illius quæ circa Tanagrá est: Eleonẽ uidelicet. Har
ma siue currũ Hycalessũ Pharas. Ná & hoc scribũt diuiná Nysan Helicõus át uicus ẽ Nysa. Ora qdẽ Hycalessus
maritima ex aduerso Euboeæ talis est. Tractus uero deinceps mediterraneus cápestria: caua undiq; Pharæ
oĩbus aliis ex partibus habet: eũ includunt mõtes. Ab Austro quidẽ Attici: ab Aqlone uero Phocen Phocenses
ses. Ab occasu aũt in obliquo Citheron incidit: paululũ supra Crisseum mare. Initiũ habet mõtibus Citheron
Megaricis & Atticis cõtiguũ: inde in campos flectit. Thebana desinens in ora. Cápestris hæc Regio
partim stagnat: ex infusis in eá fluuiis aut incurrẽtibus: & inde effluentibus. Pars uero exiccatur: &
multifariá colit; pp agri fertilitatẽ. Cũ uero cauernosa & in pfundũ foraminosa terra sit: ingẽtes psæ
pe terræmotus efficiunt: q hic quidẽ meatus obstruxerũt: illic aperuerunt alios usq; in supficiẽ alios
p cuniculos. Contingit sane & aquis: ut aliæ quidẽ p subterraneas cõcauitates labẽtes pferant. Aliæ
p supficies: siue fluuiatiles sint siue lacunares. Aggestis aũt & obstrusis in profũdo meatibus contin
git: ut lacus usq; ad habitabiles locos crescát. Vnde & urbes absorbent & oræ. Iisdẽ uero apertis uel
aliis deteguntur. Eosdẽ quoq; locos quádoq; nauibus: quádoq; pedibus pmeari. Et easdẽ urbes nunc q
dem lacubus uicinas; nũc aũt ab illis remotas iacere: idq; dupliciter fit. Aut. n. urbes in mõte perma
nent; quádo aquaꝝ incrementũ inundatiõe aquæ superinfunditur amnis: pp habitaculoꝝ uel alti-
tudine uel distantiá. Aut transmigrationẽ: & solitudinem quando appropinquante periculo libera-
tionẽ captent timoris: multotiens loca transmutent: uel longe uel in excelsa. Sequitur illis hoc mo-
do domicilia pmutantibus: ut eadem conseruent nomina: quæ prius uere dicebantur. Interdũ uero
nõ habeant pp locoꝝ casum. Plateas. n. urbem a latitudine remoꝝ appellatam probabile fit: & Pla- Plateæ
teenses & remigrationis quæstu uictitantes. Cæteꝝ hodie procul a lacu habitátes nequáq adhuc ita Helos
proprie possunt appellari: Helosq; & Heleon & Helesium ab Heleos. i. palude uocatæ sũt urbes: quo Helesion
niá paludibus finitime sitæ fuerant. Nunc aũt nequáq modo simili sese oẽs habent: uel seorsum po-
sitis domiciliis: uel lacu uehementer ad ima decrescente. effluentibus postmodũ áquis: ná & hoc est
possibile. Indicio huic rei est Cephisus maxime lacum Copaidẽ implens. Ná quũ Lacus ipse crescit: Cephisus
ne Copæ urbs demergant absp̃te discrimen ingruit. Quod & Poeta nominatim ait. Et ab ea ciuita- Copæ
te Lacus ipse nomen adipiscitur. Iuxta Lacũ terræ hiatu facto penes Copas alueum sub terra ad stad. Copas la-
xxx. referauit: quo receptus est fluuius Inde in superficie prupit ad Larymná agri Locrensis: de qua cus
supra. Ná hæc altera est a Boetia illa mari uicina: cui superiorẽ illam adiecere Romani. Locus ipse Larymna
Anchoe uocat: est & eiusdẽ nominis Lacus. Hinc aũt Cephisus excurrit in mare. Tũc igit cedente i- Anchoe
cremento: quies ĩcolis facta fuit: exceptis quas iá absorpserat aqua ciuitatibus. Occlusis uero ide rur Triton
sus meatibus: metalloꝝ crete scrutato Chalcidensis homo obstrusa purgans: desinit cohorta inter Boetia
Boetias seditione; licet iam permulta exiccata fuissent (ut ipse ĩ Epistola ad Alexandrũ asserit) In qui Ogygia
bus antiquũ Orchomenon habitari putauerũt aliqui. Aliqui uero Eleusinẽ: & Athenas apud Trito Orchome
nem fluuiũ: idq; regnáte Cecrope. Cum Boetiá ditione subactá haberet. Quæ tempestate illa uoca- nos
batur Ogygia. Istas aũt inundatione postmodũ: ac diluuio extinctas esse fama est. Apud Orchome- Melanes
non etiá aiunt ruptá terram per hiatũ. Melanéq; fluuiũ hausisse: q per plagá Haliartiam labitur. In q̃ Haliartum
ab illo palus efficit: arundines tibicinarias procreans. At hic omnino euanuit: seu Chasma illũ in oc- Cephisus
cultos diffuderit meatus: seu Haliarti paludes atq; lacus ipsum absumát. A quibus poeta herbosum Lilea
uocauit agrũ. Herbosũ dicens Haliartũ. Hi quidẽ amnes ex Phocensibus descendunt montibus. E Elatea
qbus Cephisus e Lilea urbe Phocẽsi ortũ accipit: ut ab Homero quoq; dictum est. Potamus
Quique Lileam habent Cephisi in fontibus almi. Phanetus
Ipse át per Elateá labit. Quæ inter Phocẽses urbs ẽ amplissima. Et p Potamios & Phaneteos: etiam
Phocẽses ciuitates haud plane magnas. Dehĩc ĩ Cherõeá terræ Boetiæ pgredit. Postea Orchomẽi &

Coroniacum solum i Copaidem exit lacũ. Permessus item & Olmeũs ex Helicone fluẽtes: in unũq;
pmixti in eundẽ Copaidem Lacum penes Haliartũ ieu trunt. Permagnus est igitur stad. lxxx. & . ccc.
circuitũ habens. Eius aũt eruptiones nuſq̃ patent præter excipiens Cephiſum Chaſma atq; paludes
Interiacentia late prata Triphylia est: & Copais: mentionẽ faciẽte Homero Quiq; habitabat Hylen:
opibus studiosus habẽdis. Et propior Lacu: quẽ dat Cephisus inundans. Nec Copaidem Lacũ dice
re uult (ut nonnulli rentur) Sed quã accentu in extrema pronuntiant syllaba: Hylicen uti Lyricen a
propinquo uico quẽ Hylas sicut & Lyras & Thyras appellant. Nec uero scribendũ est Hyden: quo-
modo qdã Quiq; habitabat Hyden. Quæ quidem in Lydia iacet: sub Tmolo niuali i pingui Hydæ
populo. At illa Boetio in agro sita. Itaq; ad illud & propior Lacu: quem dat Cephisus inundans: sub
dit & penes alii habitabant Boetii. Ille quidẽ magnus ẽ: nec in Thebana plaga: & parua. Illinc p uias
subterraneas refertus: iacensq; in Thebaʓ & Anthedonis medio. Homerus aũt singulari profert nu
mero: primã nonnunq̃ producens syllabã: ut in nauium Catalogo. Atq; Hylen Petconenq; poetica
licentia: quandoq; uero breuians. Iq; habitabat Hylen.

Aiaci clipeum Tychius construxerat olim.

Cultor Hyles: habitus cerdone peritior omni.

Vbi ẽt nõnulli deprauate scribunt Cultos Hydes. Non. n. Aiax e Lydia clipeũ afferri sibi iusserat. La
cus locorũq; ordinẽ deinceps ingt cõprehendere manifeste est difficile. In totq; & obscuris plurimis
ac mediterranea plaga nullibi e describendi ordine excidere. Littus profecto hanc prærogatiuã hẽt.
Notiora quidẽ loca sunt: & mare locoʓ seriem melius exponit. Ideo nos ĩde conamur eplicare. Hic
illud omittentes: dinumerationemq; apponentes quod utile sit nobis ab illo ,prsus omissum. Incho
at. n. & de Aulide de quibus diximus. Schoenus aũt ora est Thebana in uia quã Anthedonem itur.
Abestq; a Thebis stad. l. p quã quidem Schoenus fluuius labitur. Scolus uero pagus ẽ in ora Asopia
sub Citherone sedes in iucũda atq; aspera. Indeq; natum prouerbium est: ad Scolon neq; ipse uades:
neq; alteri comes ibis. Ex eo quoq; loco deductũ Pentheum discerptũ fuisse memoriæ ,pditur. Ex
Olyntho etiam uicinis urbibus huic similis nomine Scolus erat: uulgatũ etiã est: quod ad Asopũ ac
colæ: & uicus quidã i Heraclea. Trachinia Scolus uocatur. Quã præterfluit Asopus amnis: Quodq;
in Sicyone alius Asopus est: & finitima plaga Asopia. Per quam & alii labũtur huius nominis fluuii.
Eteonus aũt nomen suum in Scaphlas transmutauit: est & hic Asopiæ terræ locus. Nã & Ismenus &
Asopus de Potnico Glauco fabulæ uulgant: ut illũ Potniades discerpserint eque nõ longe ab urbe.
Citheron item prope Thebas finiẽ: penes quẽ Asopus currit: inferiora eius alluens & Parasopios fa-
ciens accolas: in uicos cõpluris diuisos: Cũctosq; Thebanæ ciuitati addictos. Alii ãt & Scolũ & Eteo
num & Erythras in Plateaʓ solo esse dicũt: & reuera penes Plateas & Tanagrã exeunt. In Thebanis
quoq; finibus extant Therapnæ & Teumesus: quẽ multis uersibus ornauit Antimachus: eũ multas
(quæ illi quidem nequaq̃ adsunt) uirtutes enumerarit. Est paruus quidã tumulus pulsatus ab auris
& reliqua: notũ est carmen. Thespia seu ut nunc Thespiæ: quandoquidẽ multa sũt nomina q̃ utroq;
proferantur modo: & pluratiuo & singulatiuo: sicut & genere uirili & muliebri & neutrali. Est autẽ
oppidum Heliconi proximum. Sed eo magis Australe. Crisseo sane imminens sinu: sicut & Helicon.
Thespiaʓ uero Emporium est Creusa siue Creusia dicaẽ. In Thespiis item est. Ascra iuxta Heliconis
partem. Hæc Hesiodi Poetæ patria est: ad Heliconis sane partem dexterã pertinens; excelso in loco
ac duro iacens. Longe quidem a Thespia stadia. xl. Quam & ipse redarguens improbauit patri: quod
in Cyma Eolica remaneret.

Ascram tus miserum penes hic Helicona colebat.

Hyberno duʓ triste æstu optabile nunquam.

Helicon aũt Phocidi est affinis: Ex aquilonis partibus. Ea uero parua est: & ab occasu iuxta nouissi-
mum Phocidis portum. Quem quia refugisse obtigit: Mychon idest recessum uocant. Ad hunc enĩ
maxime sinus Crissei portum: & Helicon & Ascra: superimminẽt: & etiam Thespiæ & earum Empo
rium Creusa. Hæc etiam pars magnopere caua: ex Crisseo sinu putatur: & plane Corinthiaco. Huius
autem littoris longitudo a portu quem recessum diximus: ad Creusam stad.   protenditur: hinc
uero ad promontoriũ   uocatum: stad sunt. c. ac. xx. In concauissimo eius sinus loco iacere Pagas
idest fontes contigit: & Oenonem de qua diximus. Helicon igitur non procul a Parnaso distans illi
æmulus est: & altitudĩe & circuitu. Vterq; enim niuibus pulsantur. Et rupes amborũ saxea est. Non
multa uero illos regio circunscribit. Hoc autem in loco est cõsecrata musis ædes. Fonsq; Caballinus
& Libethridũ spelũca Nymphaʓ. Qua ex re suspicari licet eos q̃ & Helicõa & Pieriã & Libethrum
& Pimplian eisdem musis consecrarunt: Thraces extitisse. Pieres autem uocabantur. Quibus extin
ctis loca hæc Macedones nunc possident. Dictum etiam est hanc Boetiam olim Thraces habitasse:
cum eos uiribus eiecissent. Tenuere etiam Pelasgi: & alia barbarorum natio. Thespias prius nobilita
uit Cupido: Praxitelis opus suis sculptum manibus. Donum uero consecrauit Thespiensibus Glyce
riũ meretrix: ab illis genus ducens: munus illud ab artifice consequuta. Nõnulli iccirco prius ipsum
cõtemplaturi cupidinẽ: eo cõscendebant ad spectaculum: cum alioquin locus ipse spectatu foret in
dignus. Hodie sane sola hæc e Boetiis urbibus: & Tanagra consistit. Cæteraʓ uero nomina tantum
& rudera: pro reliquiis manẽt. Ad Thespias autẽ Poeta Greaiam: & Mycalessum ãnumerat: de quibus

Permessus
Olmeus
Helicõ
Triphilia
Hyle
Hylice
Lyrice
Hyde
Hyle
Aiacis clypeus
Tychius
Schoenus
Scolus
Citheron
Pentheus
Olynthus
Asopus
Scaphlæ
Glaucus
Potniades
Citheron
Eteonus
Erythræ
Plateæ
Tanagra
Therapnæ
Teumesus
Thespiæ
Vrbium nomina
Helycon
Creusia
Ascra
Hesiodus
Helycon
Phocis
Mychos
Pagæ
Oenone
Helycon
Libethrides
Pieria
Pimphia
Thespiæ
Glicerium
Cupido
Tanagra
Græa
Mycalessus

diximus: Sic & de aliis inquit: Qui penes Harma colunt ac Hylesium uel Erythras: Hylenque & Peteonem. Peteon uero agri Thebani uicus est prope uiam qua cōmeatur Anthedonem. Ocalea autē Haliarti: & Alalcomenii media stat. Ab utraq; .xxx. stad. absens. Iuxta eam fluit eiusdē nois amniculus. Medeon sane Phocensis quidē unus in sinu Crisseo: longe a Boetia stad. c. & .lx. Alter est Boetius ab illo noīatus. Prope Onchestum autē iacet sub monte Phoenicio. Ab quo Phoenicis ipsa nomē assumpsit. De Thebano & hoc dicit. Peteon terræ Haliartiæ: & Medeon Ocale. Dein Copas ait. Eutrisinq; & Colūbis refertā Thysben. De Copis quidem dictū est. Ad Aquilonem autē spectant ad Copaidē lacum: aliæq; circūstant. Eæq; sunt Phoenicis: Onchestus: Haliartus: Ocale: Alalcomene: Thilphosion: Coronea. Et hoc quidem priscis annis nomen nō erat etiam lacui commune. Sed ad singulas habitationes ad ipsum illius nomen simile dicebat. Copaidem a Copis dicebant. Haliartium uero ab Haliarto: & sic de reliquis. Posterius autem Copais ut uniuersus appellaretur obtinuit. concauissimus & enim est locus iste. Pindarus sane & hunc Cephisidem uocat. Addit & Thilphossiam fontem: sub Thilphossium montem labentē Haliarto proximū: & Alalcomenon: apud quam Thiresiæ sepulchrū conditū est. Ibidē & templum est Apollinis Thilphossii. Porro post Copas Poeta Eutresin modicum Thespiensium pagum ponit. Hic Cethum & Amphionē anteq̄ Thebarum Regnū tenuissent habitasse ferūt. Thisoa uero nūc Thisbæ nominant. Habitat autem paulo superius a mari locus Thesbiensibus finitimus & Coroneis. Subiectusq; peruenit e parte in Austrū uergēte: ad Heliconem spectans. Et ipse quoq; Emporium saxosum habet columbis abundans ex quo a poeta dictū est cū multis Thisba columbis. Hinc uero stad. c. & .lx. nauigatio est Sicyonem. Deinceps Coronea & Haliartus: Adiūguntur & Plateæ & Glysantis oppidū. Enimuero Coronea Heliconi affinis est in colle sita. Eam autē reuertētes ab Arna Thessalica Boetii occupauere post bellū Troianū. Quo tempore & Orchomenon obtinebāt. Iiq; expugnata Coronea Palladis Ioniæ templū ante urbem in plano condidere. Eodē quo Thessalicū cognomine: & prærerfluentē fluuiū Cuariū eodē quo illum uocabulo appellauere. Alcæus sane illum Coraliū uocat: dicens ad Coralii fluminis ripas. Ibi etiā Pamboetia sacra: cōcurrēte Boetia tota celebrat. Palladisq; simul & Plutonis ædes cōstructa fuit: ob mysticam quandam (ut aiunt) causam. Ipsi quidē in Coronea Coronei uocantur. Qui aūt sūt in Messēnia Coronēses. Haliartus autē nūc deleta est: in bello aduersus Persē: solo æquata. Ager cōcedētibus Romanis in Atheniēsiū iura peruenit. Angusto uero iacebat in loco inter supeminentem uicinū montem: Lacūq; Copaidem: iuxta Permessum & Holmiū & Helos idest paludē; quam tibicinarios producere calamos diximus. Plateæ sane quas numero poeta protulit singulari: sub Citherone sunt iter illū ac Thebas in uia quæ Athenas ducit & Megara in Atticæ ac Megarū terminis. Nā Eleutræ prope stant q̄s aliqui. Alii uero agri Boetii esse asserūt. Rettulimus aūt ut præter Plateas Asopus amnis currat. Eo in loco Græcoꝝ copiæ: Mardoniū ducē cum .ccc. Persarū milibus occidiōe delerūt. Tūc Eleutherio: idest Liberatori Ioui tēplum construxerunt: & certamē Gymnicum coronatū designauere: Eleutheria idest Liberatoria ludos ipsos uocitātes. Eorūq; qui in prœlio obierūt: sepulchrum publice constructū cernitur. Etiam in Sicyonis agro populus est quā Plateas appellant: cuius quidē oriundus fuit Poeta Mnasalces. Mnasalceo Plateadali sepulchrū Glysantē aūt uicū in Hyparto mōte dicit: qui prope Teumessum arcēq; Cadmæam in agro Tebaico iacet. Quē Geolophem: idest terrestrē tumulum uocant. Cadit in campam domū (sic enim nominant) qui porrigitur ab Ex Hyparto monte quod autē dicitur sic. Quiq; subthebas habebant. Quidam sane sic accipiunt oppidulum quoddā Subthebas noīe: alii uero Potnias. Derelictas enim fuisse Thebas ꝓpter Epigonoꝝ expeditionē: cū ille Troiani belli nequaq̄ participes extitissent. Alii autē participes quidē illas fuisse asserūt. Cæteꝝ sub Cadmæa tūc habitationes extitisse: planis in locis atq; campestribus: post Epigonorum incursionē: cū Cadmæam ædificare ac restituere nequirent. Postq̄ uero Thebas Cadmæā uocabant: Poetā pro iis qui tūc sub Cadmæa habitarēt dixisse Subthebas: pro eo quod est sub Cadmæa habitantes. Onchestus uero ibi est: ubi cōsiliū Amphictyonū in Haliartia ora in unū cogebat: ad lacū Copaidē soluq; Tenericū. Situs in ædito uertice nudus Neptūni Phanū habet: & ipsum q̄dem purū. At Poetæ ad locoꝝ ornamēta oīa templa lucos amœnos uocant: tametsi nuda fuerint. Tale illud est Pindari de Phœbo dictū. Motus terrā adibat & pelagus: & ad magnas montiū spelūcas adstabat. Siusq; repostos circūuolans adibat: Lucoꝝ fundamenta ꝑcutiēs. Male Alceus sicut Euarii fluminis nomē permutauit: sic & Onchesti mētitus est nomē: ad extremas Heliconis oras ponēs Onchestū: qui quidem longe non parū ab ipso monte cōsistit. Tenericus autē campus a Tenero nomen accepit: quem Apollinis filiū ex Melia oraculi sui nate fabulæ cōmemorāt ad Ptoon montē: quē idē poeta triuerticem esse refert. Olim tricipitē Ptoi cauernam tenuit: & templi custodē uatemq; Tenerū nominauit: uatis simile tenentē uocabulū. Ptous autē mons campo Tenerico lacuiq; Copaidi ad Acrephiū incumbit. Erat autē Thebanoꝝ mons simul & oraculū. Acrephiū uero ipsum insublimi positū iacet. Quod Arnena poeta uocari dicūt Quo nomine & Arne Thessalica est. Memorāt alii & Arnen & mediā ab Laucu absorptas. Cenodotus scribens: Quiq; habitant largis fœcundam uiribus Ascrā. Haud sane uersus Hesiodi legisse uidet: quos sua de patria cecinit. Nec Eudoxū longe deteriora de Ascra uulgantē. Quonā modo talē a poeta dici: fœcundā uiribus Ascram crederes? Nec illi recte qui pro Arna Tarnam scribūt. Haud enim una Tarna in Boetia cōmonstratur: apud Lydos sane sita est.

o

Peteon
Ocalea
Alalcomene
Medeon
Onchestus
Eutrisis
Thysbe
Ocale
Alalcomene
Thilphosiō
Coronea
Copais
Cephisis
Thyresias
Eutresis
Cetnas
Thisoa
Glysantis
Coronea
Arna
Cuarius
Coralius
Coronei
Coronēses
Haliartus
Plateæ
Eleutræ
Asopus
Mardonius
Eleutheria
Plateæ
Mnasalcæ
Glysantis
Geolophes
Subthebæ
Potniæ
Cadmæa
Onchestus
Euarius
Onchestus
Tenericus
campus
Melia
Ptous
Acrephiū
Arne
Ascra
Arna
Tarna

Cuius mentionem & poeta fecit Homerus.
Idomeneus Phestum uita spoliauit & armis.
Fabro ortus Boro: Tarnas ueniebat & aruis.

Reliquæ partim Lacum accolũt:uidelicet Alalcomene & Thalphosiũ. Partim auté seorsum: Cheronea: Lebadia: Leuctra. De qbus dignũ est meminisse: Alalcomenaꝝ poeta meminit. Sed nõ in catalogo Iunonisq; Argiuæ & Alalcomeniæ Mineruæ. Vetustũ nãq; templũ Mineruæ habét: eximia ueneratione cultum. Ibiq; deam natam esse aiunt: sicut & Argis Iunoné. Proinde poetá utranq; per eatũ patrias nominatim promisisse. Quocirca fortasse in catalogo nullá horũ uiroꝝ mentionem fecerat. Qui uiri cum diuinitate donati facti essent: ab ipsa in Troiana expeditione missi facti erant. Hæc.n. ciuitas ipsa ab omni populatione tuta permãsit: cum nec ampla esset: nec loco satis uallato: septa: sed in plano iaceret. Incolæ uero cuncti deam pietate placantes: ab omni uiolentia & iniuria reddebant̃ illæsi: & proinde sese hostes abstinebãt. Adeo ut Thebani belligerãtibus aduersus eos Epigonis urbẽ relinquere coacti: ad illos cõfugisse dicant̃: & ad Thilphosium monté munitũ: ac ualidũ illis incumbenté. In quo & fons est Thilphosa: & Tiresiæ monumẽtũ: ubi profugus diem suũ obiit. Cheronea uero iuxta Orchomenũ sita est: ubi Amyntæ filius Philippus magno prœlio uictis Atheniẽsibus & Boetiis & Corinthiis: Græciá suo subiugauit imperio. Illic auté & eoꝝ qui in pugna cecidere mortalium publicũ sepulchrũ ostenditur. Eisdemq; in locis & Romani Mithridatis copias miliũ plurimorum debellauere. Adeo ut præter paucos: qui fuga in naues salutẽ comparatunt, Reliqui aut ferro ceciderint: aut capti in hostiũ potestate uenerint. Lebadea quidé est: ubi Trophonii Iouis cõstructum est oraculũ: hiatus subterranei descensum habés. Eo auté descendit susceptutus uaticiniũ. Iacet auté Heliconis & Cheroneæ mediũ iuxta Coreneam. Leuctra uero eo in tractu sunt; ubi Epaminundas Lacedæmonios ingẽti superans prœlio: eorũ calamitatis & cladis initiũ repperit. Ex eo enim tempore Græciæ principatũ ultra recuperare nequiuerũt: quem prius adepti tenebant. Præsertim postea q̃ secũdo apud Mantineá congressi: rem infœliciter gesserũt. Vnum tamẽ illis quamq̃ hũc in modum afflictis permãsit: ut nullorũ alioꝝ ditioni subacti sint: usq; ad Romanoꝝ imperiũ. A quibus eis habitus perdurat honor: propter regẽdæ ciuitatis probitaté. Monstratur sane locus ipse in uia quæ ex Plateis ducit ad Thespias. Deinceps quidé Poeta Orchomenioꝝ memoriam facit. Eos in catalogo a Boetioꝝ gẽte separás. Vocat auté Minyeium Orchomenon a Minyatum natione. Hic uero Colonos quosdam deductos ad Iolcũ ex Minyis dicit̃. Vnde Argonautas Mynias dictos esse constat. Locupletissima auté quondá extitisse ciuitas uidetur & potẽtissima. Opum quidé testis est etiá Homerus. Dinumeratis enim locis opulẽtissimis ait nec quanta in Orchomenon; Egyptiasue Thebas aggeritur gaza. Potẽtiæ uero quoniá Thebani Orchomeniis tributa soluebant: & Ergino Orchomenioꝝ Tyránno: qué ab Hercule extinctũ ferunt. Eteocles quidé Orchomenioꝝ Rex: qui primus Gratiarũ tẽplum extruxit: utriusq; rei & amplissimaꝝ rerũ & potẽtiæ documẽto est. Qui siue in accipiẽdis gratiis siue in erogãdis: siue in utroq; pro uirtutis officio recte peragẽs has ipsas deas honoribus extulit. Necesse est enim cum ad beneficẽtiam: liberalitatẽq; natura pronum ac institutũ fuisse: qui ad dearũ istarum decus ac uenerationẽ conficiẽdam tantopere fuerit affectus: ut istam iam potẽtiá compararit. Verũ ad hanc & argẽti copia fuerat opus. Qui enim nõ multa posideat: ne multa quidẽ erogaret. Quiq; non multa accipiat ne multa quidẽ haberet. Sin utrunq; cõtineat: & referẽdi quidẽ beneficii uicẽ habet. Quod.n. exinanitur simul atq; repletur ad usum ac necessitatem repletum semper est. Qui uero præstat nec recipit: haud in utranq; partẽ recto fungetur officio. Nam eius desinit munificẽtia: cum arca ærariumq; defecerit. Cessabunt ergo donatores ei: qui tantummodo accipiat nihil contra gratificari paratus: Sic ne una quidẽ ex parte hic ipse suum bene nauabit officium. Similia & de potẽtia dici queunt. Cæterũ absq; communi cunctorũ sermone; quod pecunia plurimo in honore sit mortalibus: interq; res humanas ea feruẽtissime polleat; idq; e singulis considerare licet. Reges enim ipsos plurimũ posse dicimus. Ideoq; ipsos Dynastas idest potentes nuncupamus. Quoniam quo uelint populos: aut ui aut suasione perducant. Per munificẽtias igitur maxime psuasos efficiunt. Non.n. orationẽ suadere regale: sed oratoriũ est munus. Regiá uero suasionẽ tũc appellamus cũ donationibus adducant ferantq; quo cupiant. Itaq; muneribus exhibẽdis psuadẽt. Armorũ auté copiis uiolãt: & urgẽt. Ista uero ambo pecunia ueneũt: comparanturq;. Nam ille magnũ habet exercitum: cui & alẽdi facultas suppetit. Et plurimas effundere largitiones is ualet: cui amplissima possessio euenit. Fama tulit tractũ ipsum qui tũc est subter Copaidem Lacũ siccam prius terram fuisse. Et omni agricolationis genere ab Orchomeniis cultum extitisse: qui penes illum habitant. Hoc igitur magnarũ diuitiarũ argumẽta ponũt. Asplidonem uero quidam prima dempta syllaba Spedoné uocant. Posterius Eudeelum sub mutato nomine: & urbem & agrum dixere: idest bono præditam crepusculo: proprietatem fortasse matutini crepusculi Clima ipsum proferẽdo: ipsis incolis conuenientis præsertim in hyeme apricãdo: Deelon nãq; crepusculũ designat. Quod cum duplex sit & diei extremitates frigidæ: longe uespertinũ matutino frigidus est: cum illud nocti propinquius intentius agat in frigus. Hoc uero ab nocte discedẽs: remissioné illius efficiat. Frigoris nanq; curatio & medicina fit a sole. In tempore igitur gelidissimo tale fit apricissimũ & Hyberno in rigore commodissimum redditur. Stad. auté. xx. distat ab Orchometio. In medio auté fluuius melas labit̃. Sup orá uero

Alalcomene
Thalphosium
Cheronea
Lebadia
Leuctra
Minerua
Iunonis natale
Argi
Epigoni
Thilphosius
Thilphosa
Thyresias
Cheronea
Lebadea
Trophonius
Iuppiter
Leuctra
Mantinea
Orchomenes
Miniæ
Erginus
Gratiarum tẽplũ
Etheocles
Auati
Pecunia
Asplidon
Spedon
Eudeeleũ
Melas

Orchomenia Panopeus ciuitas Phocẽsis iminet & Hyampolis.Quibus cõtermina est ciuitas opus: Panopeus
Locroꝝ Epicmenioꝝ Metropolis.Scriptis sane est proditũ Orchomenũ superioribus ãnis campe- Hyampolis
stri in regione habitatum.Stagnantibus inde aquis ad Acontiũ mõtẽ denuo ædificatũ. Latius enim opus
patet ad stad.lx.usq; ad Parapotamios Phocidis.Historici quidẽ tradidere Ponti inquilinos Achæos Orchome-
nominatos:Orchomenioꝝ esse colonos cũ Ialmeno duce post Troiæ captiuitatẽ: eam in regionem nos
actos erroribus.Est etiam ac Carystum Orchomenus alter.Bene enim talẽ nobis subiecere materiã Acontius
qui de nauibus scripta reliquere:quos sequimur quũ proprie materiæ nostræ conducẽtia protulere. Parapota
Post Boetiam autẽ & Orchomenũ;Phocis abest Boetiæ apposita: in Aquilonem similiter a mari ad mii
mare:tẽpore utriq; pristino.Daphnũtem enim aliquando terræ Locrẽsis fuisse constat:Locrensem in Orchome-
duo tractũ scindẽtem.Is sinus ipsius Opuntii:& Littoris Epicmenioꝝ medius constitutus est.Nunc nos
ipsa Locrorum ora est.Cæterũ urbs tenuis sane solo æquata:dirutaq; iacet. Itaq; Phocis nõ amplius Phocis
usq; ad Euboicum pelagus pertinere uidetur.Crisseo autem contigua est sinui.Crissa enim ipsa Pho Daphnus
cidis est ad ipsum sita Pelagus:& Cirrha & Anticyra.Et aliæ super eas ĩ mediterranea frequẽtes oræ Locrẽsis
ad Parnasum spectantes.Delphi quidẽ:& Cirphis & Daulis:& Parnasus ipse qui & Phocidis est:& oc tractus
ciduũ latus terminãs.Quo autẽ modo Boetiæ Phocis acumbit:eo & Locris utriq;. Phocidi duplex Epicmenii
nãq; est a Parnaso partita bifariam.Altera quidẽ ab occidua parte Parnaso accumbens; & eius depa- Crissa
scẽs portionem.Ad Crisseum uero sinum pertinẽs altera:in Orientem ad Euboicum finita pelagus. Cyrrha
Vocantur autẽ hi quidẽ occidui Locri & Ozole.Habẽt etiam in signatorio ciuitatis ãnulo stellã in- Anticyra
sculptam Hesperũ.Reliqui item:& ipsi bipartito quodammodo diuisi.Hi quidẽ Opuntii ab prima- Delphi
ria illorũ ciuitate Metropoli Phocẽsibus;& Boetiis finitimi.Hi autẽ Epicnemidii a monte Cnemi- Cyrphis
de;Oeteos atq; Malienses attingẽtes.Inter hos aũt ambos;occiduos inq̃ & alteros:medius sese Parna Daulis
sus attulit:in Aquilonẽ prolixus:& ab locis Delphicis usq; ad Oeteos montes: Etoliosq; in unũ co- Parnasus
euntes:Doriẽsesq; inter medios.Rursus sicuti Locris ipsa existẽtes Phocẽsibus apponitur:sic Locri
cum Etolia & quibusdã intermediis;Dorica tetrapoli utriq; Locridi & Parnaso & Doriensibus. Su- Ozolæ
per istos Etolorum pars ad Arcton uergẽtes:& Acarnanes e natione Epirotica & Macedonica inui- Opuntis
cem mutuo distantes:sicuti fascias quasdam(quod antea diximus)ab occidẽte perductas ad Septen- Epicnemi-
triones intelligere prædictas plagas. Vniuersus autẽ Parnasus cõsecratus existit: & antra & alia loca: dii
honore & sanctitate digna cõtinẽs.E quibus celeberrimũ & formosissimũ extat Coryciũ Nympha- Parnasus
rum antrum:eodẽ quo & Ciliciũ nomine nuncupatum.E Parnasi uero lateribus: unum pascuntur Doriẽses
Locri;& Ozole & Doriẽsium pars:& Etoli iuxta Coruũ.Sic enim montem Etolium appellãt. Alte- Etholi
ro fruunt Phocẽses; & Dorienses maiori ex parte:qui Tetrapolin habent Parnaso appositam.Magis Acarnanes
autẽ orientis partibus adhærentẽ.Ipsa igitur in longum latera;& fasciæ locoꝝ prædictoꝝ in longi- Parnasus
tudinem tenduntur:una in Boreã spectans:altera in occasum.Aliæ occiduæ haud pares sunt orĩetali- Coryciũ
bus.Nec ripa utraq; & sinus Crissei usq; ad Aquilonarẽ:& altera cõtra Euboeam usq; parallele antrũ
inter se sunt:in qua gẽtes.Cæterũ sic accipiendæ sunt taliũ locorum figuræ:sicut in triangulo. Locri
Linearum pluriũ.Ipsa enim parallela inter se erunt:& latera parallela habebũt. Istæ qdẽ Ozolæ
igitur integer Typus ac forma est:reliqui deinceps de situ tractus.Singula dehinc ordinatim expona Coruus
mus:suscipientes a Phocide principiũ.In hac autẽ duæ clarissimæ ciuitates eminẽt;Delphi & Elatea mons
Delphi quidẽ propter templũ Apollinis Pythii:& oraculũ uetustate insigne. Siquidẽ Agamemnonẽ Etoli
ab illo responsum petisse:memoriæ poeta prodidit. Nãq; Citharedus Vlyxis & regis Pelidæ rixam Doriẽses
decantans introducitur. Phocis
Iurgia Pelides:Ithacusq; tulere feroces Delphi
Rexq; Agamemno uirũ captabat gaudia mente. Elatea
Hoc sibi consiliũ cecinit nam Phoebus Apollo:
Pythius ex audito.
Ob hæc quidẽ Delphi celebres.Elateam uero cunctaꝝ eo in tractu ciuitatũ amplissimam: & opor-
tunissimo esse in loco sitam:patet cum in angustiis emineat.Et qui ea potitus sit in agrũ Phocẽsem
atq; Boetiũ incursiones cõmode faciat.Rupes enim instãt Oeteæ primũ. Deinde Locrẽses & Phocẽ
ses incursantibus sane E Thessalia exercitibus nusq̃ faciles aditus.Sed ingressus angustos qdẽ habet
intra terminos locatos;quos finibus adiacẽtes urbes tueant. Quibus in hostiũ potestatẽ redactis:&
transitus occupari cõtigit:quandoquidẽ Delphici templi splendor honore præcellit. Sic & locis si-
tus natura ipsa pricipatũ præ se fert. Hæc enim sunt Phocidis partes:in occasum maxime uergẽtes:
& ab his sumendũ est initiũ Dictũ est ut Parnasus usq; ad occiduos Phocidis mõtes locatus sit.Eius
latus in occasum ꝓspectans Locri & Ozole possidẽt.Australe uero Delphi;Locus sane petrosus: spe Delphi
ctaculi formã habẽs.In eius cacumine tẽplũ surgit & oppidũ:in circuitu stadia.vi.ac.x.complectens. Lycorica
Supra illud Lycorica sita est.Quo in loco antiqtus Delphi supra tẽplũ cõsistebant.Hoc autẽ tẽpore Castalia
circa ipsum affines castaliæ fontis sua locarũt domicilia.Ante urbẽ autem Cirphis ex Australi parte Cirphis
præiacet Rupes sane prærupta fundosam relinquẽs uallẽ:p quã plurimus amnis dispgit. At sub Cir
phin Rupem urbs uetusta iacet Cyrrha ad mare locata.Ab ea incipit ad Delphos ascẽsio;stadia fere Cyrrha
lxxx.E regiõe uero Sicyonis posita est.Ante Cyrrhã autẽ Crissea planicies iacet;fertilitate foelix.Por- Cryssa
ro alia rursum ciuitas adest Cryssa;quæ sinui Crisseo uocabulũ præbuit;postea Anticyra. Quo no- Anticyra

Elleborus mine & alia est ad sinum iacens Maliacum:& Oetam monté.Illic Elleborũ seu Veratrũ urbanũ na-
sci uulgant.Hicauté optime præparaƭ.Quocirca frequétes huc aduenæ cõfluunt:purgationis & cu
rationis ergo:& enim in Laconica pharmacũ nasci quoddá:Sesamoꝝ semini ꝑ q̃simile cui permixtũ
præpatát Oeteũ Elleboꝝ.Hæc quidé manet adhuc.At Cyrrha Crissaq; diruptæ iacent.Illa quidem
prius ad sinũ Crisseũ.Crissá uero postea sub Eurilocho Thessalo Crissei belli temporibus. Crissei si
quidé cũ secundis rebus florent:ꝓpter Siculoꝝ & Italoꝝ uectigalia:acerbe ab his qui oraculũ pete-
Amphissei rent:exigebát cõtra Amphictyonũ edicta.Hæc eadé sane Amphisseis aduersa uenerunt.Hi Locroꝝ
Ozolarũ iuti sunt.Isti enim aduétantes reparata Crissa:campum ab Amphictyonibus cõsecratũ de-
nuo arare & serera cœperũt.Et in hospites externos maioré q̃ olim Crissei exercuere seuitiam.Quo
Delphicũ oraculũ circa eos Amphictyones poenas date cogétes:deo ipsi gratiá reddiderũt.Hac itaq; tempestate negle-
ctui datur nõ nihil oraculũ:superioribus ánis excellétissimo in honore habitũ.Documéto sunt Te-
Delphica spelunca sauri:quos populi potétesq; principes ibidé cõstruxerũt:ad quos cõsecraras offerebát pecunias. Nec
minus attificũ præstantissimoꝝ opera:& ludi Pythici illic decertati: & innumerabilia tot & cõmen
Tripos dara scriptis oracula.Autores certi memorát diuinũ ipsum domiciliũ:profundá & curuam esse spe-
luncam:nõ ad modũ lato ore patenté. Vnde aurá quidé referri sacro efflante numine.Excelsum aũt
ostio íminere Tripodé;quem cũ Pythia uates insćederit hausto diuinatiõis spiritu;dei respõsa refer-
re & metro & oratione soluta.Hæc uero poetas quosdá templi ministros in uersus intédere.At Phe
Tu qdē o Latōa in ferrea pmanes Pholegādro miserāda utiq; nunq̄ ad Gyaꝝ illicet similē aduentabis. Delū igit̄ hūc in modū in magno gloriæ gradu cōstitutā. Corinthus etiā a Romanis euersa ampliorē in modū accumulauit. Eo.n. negotiatores cōmigrarūt. Præsertim cū eos tēpli imunitas accerseret: & ipsius portus iuitat occasio. Etenī ex Italia & e Græcia in Asiā nauigātibus cōmodissime iacet: cōueniētiū quoq; frequētia rei mercatoriæ cōducit. Interq; cæteros maxime Romani i ea familiariter obseruabant etiā stāte Corintho. Et Atheniēses redacta in potestatē Insula & sacroꝝ & negociatoꝝ curā suscepere præcipuā: Mithridatici uero duces eā inuadētes tyrānusq; illā ad desciscendū ipellēs cūcta uastarūt. cæteꝝ domū rege regresso Romani denuo desertā recuparūt Insulā: & ad hoc usq; tēpus in sūma ꝑdurat inopia Atheniēsiū ditioni subdita. Rhenea tenus quædā & destituta extitit Insula ab Delo q̄ttuor distās stad. iu qua Delius sunt sepulchra. Haud enī iter Delon mortuos aut sepelire aut cremare fas est: Canē etiā in Delo alere nephas. Eam prisci Orygiā noīauere. Ceos autem quaternas cōtinēs urbes inde tetrapolis uocitata. Duæ uero restāt Carthea scilicet & quā Iulidē appellāt: ad q̄s reliquaꝝ habitatores cōcurrerūt. Cartheā qdē a Poreessa Iulidē uero e Coeessa. Ex Iulide Simonides condēdoꝝ autor carminū duxit originē: nec nō illius ex fratre nepos Bacchylides & postea Erasistratus medicus isignis: & ex Peripateticoꝝ secta philosophoꝝ Aristo Byonis Borysthenensis æmulus: penes istos lex aliquādo lata fuisse uidet̄: cuius & Menander meminit. Bella inqt lex Coaensiū est phama q̄ recte uiuere neq; aūt turpiter ne uiuūto. Edixit enī ut uidet̄ lex: maiores ānis sexaginta natos aconito uitā finire: ut reliqs cibaria sufficerēt. Cūq; ab Atheniēsibus obsidione urgeret̄ aliquādo decreuisse memorāt: ut ex eis natu maximi morti dederētur definito annoꝝ numero. Eos autē illi obsidere destiterūt. Sitū est in mōte oppidū longe a mari ad qnq; & uiginti stadia. Eius emporiū locus est: In quo Coeessa sita fuerat: ne unius quidē pagi uicine inqlinos aut mansiones habens. Penes Coeessiam uero Sminthei Apollinis sitū est tēplū: penesq; poeessam. Inter ædem autē & poeessæ parietina Nedusiæ Mineruæ sacellū est: quod Nestor secundū eius a Troia reditum ædificauit. Est & in Propontide Parium oppidū Coeessia quoq; Helixum habet amnem. Post hanc Naxus & Andrus haud memorabiles sane insulæ & Parus equa natus est Archilochus poeta. Parii quidem

Thasum ædificarunt. Est & in propontide Pariũ oppidũ: In hoc profecto ara esse dicitur digna quã spectes latera ad unius stadii mensurã habẽs. Parus lapidẽ ꝓducit quẽ pariũ appellant ad marmoreas sculpturas aptissimũ. Est enĩ Syrus priore ꝓducta syllaba e qua Pherecydes Rabius duxit originem. Eo iunior est Atheneus huius mentionẽ poeta fecisse uidet̃: Syriã illã appellãs Insula quædam Syriã Ortygiæ stat littore supra extat & Myconus: sub qua gigantũ nouissimos ab Hercule mactatos iacere fabulant̃. E qua deriuatũ est ꝓuerbiũ: Oĩa sub unã Myconũ: quandoquidẽ quæ natura distinguũtur: sub unũ titulũ descriptionẽq; ducunt̃. Myconios etiã quidã caluos appellat: cũ illud uitiũ ea passim exuberet in insula. Seriphus autẽ est in qua ea facta uulgant̃: quæ dicunt̃ in fabulis Dicten piscatorẽ arcam adduxisse retibus: in qua Perseus cũ matre Danae positus tenebat̃: cũ pater Danaes Acrisius utrũq; abiecisset in mare ista in Insula educatũ fuisse Perseum ꝓdit̃q; cũ caput Gorgonis alarũ Seriphiis ostẽdisset: uniuersos mutasse fert̃ in lapides: idq; in matris ultionẽ factitasse: quia illis adiutoribus Seriphi rex Polydectes nuptiis inuitã adegisse cõstituisset. Adeo autẽ lapidosam eẽ Seriphũ: ut q cõuitiat̃ id inspecta obuenisse Gorgone causent̃: Tenos quoq; urbẽ nõ sane magnã habet; uerũ Neptũni phanũ ingẽs in luco extra muros spectatu dignũ: in eo capacissima discũbentiũ conuiuarũ ædificata sunt triclinia: illud signũ est abundantẽ finitimoꝝ multitudinẽ eo cõuenire solitã: q una Neptũni sacrificia celebrarẽt. Est etiã Amorgus e sporadibus una: e qua genitus est Simonides laborum poeta & Lebĩthus & Leria. Hinc illud Phocylidæ Leru mali: nõ unus quidẽ alter uero minime sed uniuersi: excepto Procle mali etenim Procles Lerius. Eius nãq; loci hoĩes, ut improbi criminabãtur. Apud illã Parmos est atq; Corassie ab occasu Icariæ ꝓpius iacẽtes Icaria uero Samo. Icaria quidẽ deserta manet: at egregia cõtinet pascua: quæ usurpant̃ a Samiis. Huius generis cũ sit tamẽ celeberrima est: & ab ea Icariũ pelagus adiacẽs uocabulũ adipiscit̃: in quo & ipsa cõtinet̃ & Samus: & Cos & modo dictæ Corassiæ & Patmos & Lerus celebet. In ea mons Cerceteus magis q̃ Ampelos: qui urbi Samioꝝ incũbit: Icario mari Carpathiũ cõiungitur ex parte Austri. Huic autẽ Aegyptum ab occasu aũt Creticũ & Africanũ. Permultæ uero in Carpathio mari Sporades cõtinent̃. Insulæ Itericon præsertim ac Rhodon atq; Cretã quaꝝ sunt Astypalea & Telus & Chalcea & quas in nauium catalogo noĩauit Homerus. Qui Nisirõ habẽt celsam Carpathũq; Casũq; Eurypyliq; urbẽ Con: æquoreasq; Calydnas. Præter Con, n. ac Rhodon de qbus postea differendũ erit: alias itẽ Sporades ponimus & hoc in loco eas meminimus: licet nõ in Europa sed in Asia cõputatæ sint: quandoquidẽ ut una cum Creta Cycladibusq; Sporades ipsas cõplecteremur quodã nos modo urgebat oratio seriesq; dicendi Cæteꝝ in ipso Asiæ situ circũscribẽdo: cõtiguas illi asscribemus Insulas: præcipue quæ digne (ut referant̃) uidebunt̃. Cyprũ Rhodum Con: & quæ iacent ordinatim in littore Samum Chiũ Lesbum Tenedũ. Impræsentiaꝝ Sporades ipsas: quæ digne relatu restãt ꝑcurremus. Astypalea igit̃ procul satis extat in pelago: unã habẽs ciuitatẽ. Talis aũt ad Cnidiã protendit̃ oram. Longa: sublimis: angusta circuitũ ad quadragena & centena cõplectens stadia: cui & statio nauiũ adest: Chalcea quidẽ stadia a Telo octoginta abest. A Carpatho autẽ quadringẽtis & ab Astypalea bis totidẽ: habetq; uicũ habitatũ eiusdẽ uocabuli: & Apollinis delubrũ & portũ. Nisyrus qdẽ ab Aquilone affinis est Telo. Ab ea stadia circiter sexaginta semota qoantũ & a quo disiungit̃ rotunda: celsa: saxosa: molẽdinariis abũdãs lapidibus. Finitimis igit̃ urbibus ab ea molaꝝ suppetit copia: sui quoq; noĩs habet oppidũ & portũ aquarũq; scaturigines calidarũ phanũq; Neptũni: eius ambitus est stadia octoginta. Sunt & penes eã paruæ quædã Insulæ iuxta Nisyroꝝ adiacitæ. Fama est Nisyrũ fragmentũ Coæ Insulæ fuisse, aducit̃ fabulæ Neptũnũ gigantũ quẽpiam ꝑsequentem: Polyboten ab Insula Coa tridẽte suo frustũ auulsisse. Inq; illũ iaculantẽ fragmẽ ipsum ꝓiectũ Insulam mansisse: Appellatãq; Nisyrũ Insulam sepultũ ibi cõtinens gigantẽ. Tametsi quidã asserant sepulchrũ eius in Coo esse. Carpathus autẽ quã Homerus Carpathũ uocat excelsa est circuitũ ducentũ stad. habens. Fuitq; urbibus quattuor pollẽs: & nomen celebre cõsequuta est: a qua pelago quoq; nomẽ est inditũ. Vna uero urbiũ ipsaꝝ Nisyrus dicta est. Cognominis quidẽ Nisyroꝝ Insulæ. Iacet autẽ ab Aphrica ad littus albũ: quod ad stadia mille abest ab Alexandria. Quattuor uero milibus a Carpatho. Casos quidẽ ah hac stadiis septuaginta distat. A Samnio autẽ Cretæ promontorio ducẽtis & quinquagita. Ambitus eius est octoginta stadiis. In ipsa ciuitas est eodẽ dicta noĩe. Circũ illam uero cõplures insulæ sunt Casioꝝ noĩatæ. poeta Calydnas (ut aiunt) Sporadas appellat Insulas. Quaꝝ unã esse Calymnã. Sicuti autẽ Nisyroꝝ & Casioꝝ uicinæ ac subditæ: ab eis nomen assequunt̃ Insulæ. Sic & circũstantes Calymnas ab ea noĩari: ꝓbabile fit quæ ãnis illis forte Calydna uocabat̃. Pleriq; sane duas esse Calydnas asserunt: Lerũ, s. atq; Calymnã: quas quidẽ etiam dicere poetam dicere. Scepsius autẽ scriptis suis testatur pluratiuo Calymnas numero Insulã nominatã: quẽadmodũ & Athenas & Thebas. Oportet autẽ poetæ dictũ per hyperbaton accipere. nõ enim insulas Calydnas inquit. Alii uero sic æquoreas idest Insulas qui Nisyron habẽt celsam Carpathonq; Casumq; Eurypyliq; urbẽ Con æquoreasq; Calydnas. Totũ quidẽ insulare mel: ut plurimum urbanũ & iucundũ est: & æmulũ Attico. At uero quod in hisce oritur isulis reliquũ antecellit: potissimũ autẽ Calymnium.

Vndecimus Liber Asiam incipit: quã Tanais in superioribus Septẽtrionis partibus nascens disiũgit ab Europa. Cõtinet hic liber gẽtes tanaidis ortui adiacẽtes orientem ac meridiem uersus: item

Thasus
Parius lapis
Syrus
Pherecydes
Atheneus
Syria isula
Myconus
Gigãtes
Seriphus
Dictes
Danae
Perseus
Polydectes
Tenos
Amorgus
Simonides
Lebinthus
Leria
Parmos
Corassie
Icaria
Samos
Icariũ mare
Cos
Lerus
Cerceteus
Ampelos
Carpathiũ mare
Itericos
Rhodos
Creta
Astypalea
Telus
Chalcea
Nisyros
Carpathus
Casos
Cos
Calydnæ
Cyprus
Samos
Chios
Lesbos
Tenedos
Astypalea
Chalcea
Nisyros
Carpathus
Nisyrus
Casos
Samoniũ
Calydnæ
Sporades
Leros
Calymna

omnes Barbaras nationes quæ Caucasum monté accolunt:e q̃bus sunt Amazones:Massagetæ:Scythæ:Albani:Iberes:Betriã:Caspii:Medi:Persæ:Armeniæ duæ:usq; in Mesopotamiã cõplectit̃ etiam Troglodytas & gẽtes eas quæ honiochi dicunt̃. Itẽ Sceptuchos:Choanos:Assyrios:Polyphagos: Albanos:Syracos. Tapyrus meminit Iasonis Medeæ:& urbiũ q̃s cõdiderunt; meminit etiã Xerxis Mithridatis & Alexãdri eius qui ex Philippo natus est.

Asia
Taurus mons

Vropæ cõtinua est Asia ad Tanain flumẽ illi cõiuncta: de qua deinceps dicemus: & euidentiæ gratia naturalibus quibusdã terminis loca oĩa destinabimus. Quod itaq; Eratosthenes fecit in toto terraꝝ orbe idẽ nobis Asia faciendũ est. Nã Taurus mediã quodãmodo continẽtem hãc diuidit ab oriente in occidẽtẽ;cuius partem ad Aquilonẽ relinquit partẽ ad meridiẽ. Alterã Græci interiorem uocãt: alterã exteriorẽ. Quæ &si a nobis ante dicta sunt;memoriæ tamen gratia repetantur Mons hic multis in locis latitudinẽ habet stadiorum triũ miliũ longitudinẽ quãtum Asia:stadiũ circiter.xl.& quinq; milia a transmarina Rhodi ora usq; ad Indiæ ac Scythiæ extrema Orientem uersus. Idẽ in nomina ac partes multas diuidit̃:quaꝝ aliæ maiores: aliæ minores ambitus cõprehendũt. Sed quoniã in tãta montis latitudine gentes quædã continent̃ aliæ obscuriores: aliæ oĩno notæ:ut Parthi Medi Armenii & Cappadocũ quidã:præterea Cilices & Pisidæ qui cũq; ad borealem plagã declinãt:in borealibus ponẽdi sunt;quicũq; ad Australẽ in australibus qui in medio montiũ iacent:ii ꝓpter aeris similitudinẽ ad boreã sunt collocãdi;Nã frigidi sunt: australes uero calidi:porro flumina quæ hinc decurrũt omnia fere in cõtrarias labunt̃ partes; alia in boreales alia in australes &si nõnulla postea ad orientẽ uel occidentẽ conuertãtur:& natura fert ut montes eos pro cõfinis habeãt;quibus Asiam diximus in partes duas diuisam quẽadmodũ mare quod intra columnas est quod cũ maxima ex parte e directo sit iis montibus duas efficit continẽtes Europã atq; Asiã quarũ id aptissimũ quoddã confiniũ est. Sed quoniã iis qui ab Europa in Asiam transeunt borealia ex Asiæ diuisione prima sunt in geographia ab iis incipiendũ est. Hoꝝ autẽ ipsoꝝ prima sunt quæ Tanaidi adiacent;quẽ nos Europæ atq; Asiæ limitẽ posuimus. Hæc quasi pœninsulã quãdã efficiũt: quæ ab occidẽte Tanaide flumine ac meotide ambitur usq; in Bosphoꝝ & maritimã euxini oram; quæ ad Colchos desunt a Septẽtrione oceano usq; ad Caspii maris os:ab oriente hoc eodẽ mari usq; ad Albaniæ & Armeniæ cõfinia;ubi Cyrus & Araxes emittunt:quoꝝ alter per Armeniã Cyrus per Iberiã & Albaniã fluit:ab Austro autẽ terra quæ est ab ostio Cyri usq; in colchidẽ triũ miliũ fere stadioꝝ:a mari in mare per Albanos & Iberas:quapropter Isthmi rationẽ obtinet;qui hunc Isthmũ tãtum dixerunt quantũ Clitarchus;qui eũ ab utroq; pelago perfusum dicit nõ sunt audiẽdi: Possidonius putat eum mille & quingentũ esse stadioꝝ quantũ Isthmũ qui inter Pelusiũ est atq; rubrũ mare. Videt̃ inq̃t nec ab eo differre qui est a Meotide in oceanum:sed ego nõ uideo quomodo quisq̃ ei incerta credat de quibus ueri similitudinẽ nullã afferre põt;cum de certis adeo dicat imprudenter: quãq̃ Pompeio familiaris fuerit;qui in Iberas & Albanos duxit exercitum usq; ad utranq; & Colchici & Caspii maris partẽ. Tradunt enim Pompeium cũ ad piraticum bellũ exiret;& mox cõtra Mithridatem esset iturus Rhodum uenisse:atq; disputãti Possidonio affuisse:cui in discussu interroganti nunquid iuberet:respondisse Possidoniũ ferunt. Se gereret clare atq; alios excelleret oẽs. Huc accedit quod eius historiã scripsit. Vnde oportuit diligentius eum ueritatẽ exquirere. Secunda pars erit terra quæ ultra hyrcaniũ pelagus iacet quod Caspium appellatur usq; ad Scythas Indis uicinos. Tertia erit ea quæ dicto Isthmo cõtinua est. Nã post hunc & Caspias portas sequũtur loca Europæ proxima & iis quæ cis taurum sunt:ut Media Armenia Cappadocia & quæ interiacẽt. Quarta pars erit regio quæ cis Halym est:& quæ in ipso tauro sunt & extra taurum quæcũq; in pœninsulã incidunt:quã Isthmus efficit:qui ponticũ mare dirimit a Cilicio. Ex his quæ cis taurũ sunt Indiam põimus & Arianam usq; ad gentes quæ ad Persicũ mare & Arabicũ sinũ ac Nilum uergunt Aegyptũ mare atq; Issicum uersus. His ita dispositis primam partem incolunt a Septẽtrionis & oceani partibus Scythaꝝ quidam Nomades & in curribus degentes. Interius uero Sarmatæ atq; ii Scythæ: aorsi & Siraci qui meridiem uersus usq; ad Caucasi montes descendũt alii Nomades: alii in tabernaculis degentes:atq; agrum colentes circum lacum Meotæ habitant Bosphorum uersus Asiatica regio est & Sindia;post quam sunt Achei Tygi Heniochi Cercetæ Macropogones; ultra quos angustiæ sunt Phtirophagorum. Post Heniochos Colchis est sub Caucasiis atq; Moschicis montibus sita:sed cum Tanaim Europæ atq; Asiæ terminum fecerimus ab eo incipientes singula peragremus. Fertur itaq; Tanais a Septentrionis partibus Nilo contrarius:non tamen per Diametrum (ut quidam putant) sed orientalior originem ut ille incertam habens. Verum Nilus magna ex parte notus est:ac regionem percurrit totam accessibilem & longas habet nauigatiões. Tanaidis uero hostia scimus. Nã duo sunt ad septentrionales Meotidis partes.lxx.inter se stadiis distantia;supra hostia uero nihil pene notum est propter frigora & regionis difficultates quas indigenæ facile perferunt carnibus & lacte more Nomadum enutriti alienigenæ perferre non possunt. præterea cum Nomades difficultes aliis misceantur:& multitudine & uiribus præstent:intercludũt ne qua ex parte regio permeetur & ne quas flumen nauigationes habeat. Icirco quidam existimant eum fontes in caucasiis montibus habere cum multus ad Septentrionem feratur. Postea conuersum emittere in Meotin. His Theo-

Cyrus
Araxes
Possidonii seculũ
Hyrcaniũ mare
Caspiũ mare
Nomades
Sarmatæ
Aorsi
Siraci
Sindita regio
Achei
Tygi
Heniochi
Cercetæ
Macropogones
Colchis
Moschici mõtes

phanes Mitylenæus uidetur assentiri. Quidam a superioribus Histri partibus eum deferri putant. Iudicium autem tam longi cursus etiam ab aliis plagis nullũ afferũt quasi de proximo & a septẽtrione id effici non possit ad Tanaim flumen & lacum urbs sita est eodẽ nomine a græcis condita: qui Bosphoꝝ habent: eam Polemo rex nuper depopulatus est cum minus ei obtẽperaret ea commune emporium erat nomadum Asiæ atq; europæ & eoꝝ qui e Bosphoro lacũ nauigant; quorum alii uehunt mancipia pelles: & si quid aliud nomadicũ est; alii onerant uestem uinum ac cætera quæ mitis uitæ sunt propria. ad stađ centum. Ante emporium Insula iacet nomine Alipecia miscorum hoium domicilium. Sunt aliæ non procul in lacu paruæ Insulæ Tanais ab hostio Meotidis recta nauigantibus ad borealia: stađ abest duobus milibus &.cc. Sed nec multo pluribus terræstri itinere euntibus nauiganti secus terram: & ad octĩgẽta stađ a tanaide progredienti: primum est is qui magnus Rhõbites dicitur ubi piscatio multa est & conditurae aptæ: deinde alioꝝ octingentoꝝ stađ iteruallo est minor rhõbites; qđ promontoriũ non adeo piscibus abũdat: maiores rhõbitani ĩsulas habent stationibus plenas. Qui uero minorẽ rhõbitem incolunt Meotæ sunt hoĩes oparii. In tota. n. hac præternauigatione meotæ habitant agricultores nõ mĩus q̃ nomades bellicosi: & in gentes plurimas diuiduntur: quoꝝ q Tanaim accolunt agrestiores sunt. qui uero Bosphoranis cohærent; mitiorẽ uitam degunt. A minore rhõbite ĩ Anticoetam flumen & Tyrãbẽ stađ sunt. lx. Hic ĩ uicũ Cĩbricũ. c. ac. xx. Vnde soluunt q nauigant. In hac prætemauigatiõe quædã Clazomenioꝝ speculæ iueniunẽ. Cimericum urbs erat i Cherõneso sita que fossa & aggere isthmũ claudebat. Nã Cĩmerii olĩ potentiã in Bosphoro maximã habuere: unde & Cĩmericus Bosphorus appellatus ẽ. Hi sunt q ad ponti dextrã mediterraneã regionẽ habitãter usq; ĩ Ioniã excurrebãt. hos Scythæ ex his sedibus pepulerunt. Scythas ãt Græci q Pãticapeũ & alias ĩ Bosphoro urbes habitabãt: hic ĩ uicũ Achilleũ sunt stadia. xx. in quo Achillis tẽplum ẽ. Hic ẽ ãgustissimũ hostii meotidis fretũ ad stađ. xx. uel paulo plura: habens in ulteriore regiõe myrmeciũ uicũ: & Partheniũ Heracleo ꝓximũ: hic ad Satyri monumẽtũ stađ sunt xc. i. iti promõtorio quodã positũ hoĩs in bosphoro clarissimi ac potentissimi. proximus ẽ uicus Patreus a quo ad uicũ Corocõdamẽ sunt stad. c. ac. xxx. Is finis est Bosphori q Cĩmericus appellaẽ. Sic. n. angustiæ uocantur ab ostio meotidis. i. ab Achillei & Myrmecii ãgustiis usq; ad Corocõdamẽ & oppositũ ei uicũ Pãticapensis agri noĩe Acrã q. lxx. stadiorũ freto disiungitur. Nã & huc usq; glacies pertendit meotide: adeo frigore cõcreta ut pedibus ꝑmeent. Hæ ãgustiæ totæ sunt portuosæ supra Corocõdamẽ lacus iacet: q ab ea Corocõdaetis uocaẽ &. x. stađ a uico in mare emittit. Pars uero Anticoeti abrupta & ĩ lacũ influẽs Insulã efficit: quæ lacu hoc & meotide & flũine circũcirca abluitur. Hoc flumẽ nõnulli Hypanim uocãt: quẽadmodũ id qđ est Borysthẽi ꝓximũ: & ad Corocondameti nauiganti est Phanagoria ciuitas memoratu digna: & Cepi & Hermonassa: & Apaturũ ueneris fanũ quaꝝ Phanagoria & Cepi sũt in ĩsula ad sinistra nauiganti. Aliæ urbes sũt in Sĩdica ultra Hypanim a dextris. Itẽ in Sindica regia ẽ Sindoꝝ mari ꝓxima & Aboraca. Quicũq; Bosphori potẽtibus parẽt Bosphorãi appellanẽ: Bosphoranoꝝ metropolis q sũt in europa Pãticapeũ ẽ: Asianoꝝ uero phanagoriũ; sic. n. hæc ciuitas uocaẽ. Phanagoria emporiũ ẽ eaꝝ reꝝ q̃ ex meotide & ulteriore barbaroꝝ regiõe ĩportanẽ. Eaꝝ uero q̃ mari aduehũẽ Pãticapeũ Phanagoriæ ẽ insigne ueneris apaturiæ tẽplum Id adiectiuũ interꝑtanẽ fabulã quãdam afferentes: qđ cũ gigãtes uenerẽ adorirenẽ: Ille Herculẽ suo cato tã diu in latebris qbusdã latitauit: donec gigãtes sigillatim excipiẽs dolo occidendos exhibuit. Ex meotis sũt Sindidãdarii Toreatæ Agri Arrichi. Itẽ Tarpetes Ouidiacẽ Sittaceni Dosci aliiq; cõplures: e qbus sũt Aspũgitani q inter Phanagoriã Gorgopiãq; habitant qngentoꝝ stadioꝝ spatio: quos cum Polemo Rex simulata amicicia adorireẽ: nec id eos lateret sed cõtra instructi exirẽt captus interemptusq; est. Ex oĩbus Asianis meotis ii q forũ habebant: quod ad Tanaim est parebãt. Bosphorani uero frequenter iugũ detractabant: Sæpe Besphoranoꝝ duces ad Tanaim usq; occupauerunt præsertim postremi Pharnaces Cassander ac Polemon: Pharnaces quoq; Hypanim Dãdariis olim ꝑ antiquam fossam dicitur induxisse: qua purgata regionem totam diluit. Post Sindicam & Gorgopiã in Acheorum & Zygorum: & Heniochorum mari ora: magna ex parte montosa & importuosa: cũ caucasi pars sit: ii ex maritimis latrocinius uiuunt. Lembos habent exiles Arctos: Leues. xxv. hoĩum capaces: rari. xxx. suscipiunt. Hos Lembos Græci Camaras uocant. Tradunt Phthiotas Acheos ex Iasonis exercitu Achaiam hanc habitasse. Laconas uero Heniochiam: quorum duces Rhecas & Amphistratus fuerunt Castoris & Pollucis aurigæ: unde Heniochi (ut par est) ex iis sunt nominati. Ex his itaq; Lembis classem comparantes: & interdum ad naues onerarias: interdum ad regionem uel urbem aliquam nauigantes: mari dominantur. Bosphorani eos nonnunq̃ in stationibus accipiunt: & commeatus & uendendæ prædæ copiam suppeditant. Hi cum domum repetunt & ultra nauigare non possunt: lembos humeris impositos in siluas referunt: in quibus habitantes tenue solũ arant. Rursum cum nauigandi tempus adest; eos in mare deferunt: idem faciunt in aliena. nam loca siluosa nota habent: ubi absconditis lembis ipsi noctu nonnunquam interdiu pedibus errant capiendorum hominum gratia: quos cum ceperint facile redemptitios faciunt. Nam inter redeundum rem omnem iis significant qui illos amiserunt. In locis itaq; quæ sunt principibus subdita qui iniuriam accepere aliquod præsidium ab iis habent qui sæpe illos insecuti Lembos atque piratas capiunt. Regio uero, quæ sub Romanis est minus habet auxilii propter eorum negligentiam qui mittuntur.

Tanais
Alipecia
Rhõbites
Meotæ
Anticoeta
Tyrambes
Cimmerii
Bosphorus
Pãticapeũ
Achillis uicus
Myrmecus uicus
Parthenius uicus
Patreus uicus
Corocodames
Acta
Hypãis
Phanagoria
Cepi
Hermõassa
Aparurum
Sindica
Aboraca
Bosphorãi
Pãticapeũ
Phanariũ
Sididãdarii
Toreatæ
Tarpetes
Sittaceni
Dosci
Aspũgitani
Gorgopia
Polemo rex
Phthiotæ
Rhecas
Amphistratus
Heniochi

Sceptuchi Harum itaq; gentium uita talis est quæ Sceptuchis subditæ sunt. Sceptuchi autem regibus uel tyrā
nis Heniochi reges quattuor habebant: cum Mithridates Eupator e paterno regno fugiens Bospho
Zygi rorū regionem pmeauit: quæ quidem ipsi peruia fuit. Zygorū uero terram pp locorū difficultatem
atq; asperitatē accedere diffisus ægre maritima ora ꝓfectus ē sæpe mare īgressus quo usq; ī Acheorū
agrum peruenit: qbus adiutoribus iter ex phocide cōsumauit ad quattuor fere milia stad a Corocō
Sindicus damæ orientem uersus recta nauigatio est. Hinc ad stad. c. & xc. est Sindicus portus & ciuitas: dehinc
Bata ad. xl. stad sunt ea quæ bata nominantur uicus & portus ubi Sinope austrum uersus huic oræ pluri
Sinope mum uidetur oppoīi quemadmodū Carambis fronti arietis ut ante dictum est, auctor est Artemi-
dotus a Batis oram eē cercetarū octīgētorū & .l. fere stad quæ statiōes & uicos habeat. Dehīc Acheo
Pytius rū regionē stadiorū quingentorū: dehinc Heniochorū mille: dehinc magnū Pytiuntē trecētorū fere
Dioscuria lx. usq; Dioscuriadē qui Mithridatica conscripsere: nam iis maxime accedendū est prius Acheos po-
Cretentes nunt; deinde zygos: deinde Heniochos; deīde Cretēses & moschos & Colchos & Phthirophagos q
Moschi ultra hos sunt & Thoonas & alias circa caucasū paruas gentes. Ab initio igit ora ad orienté tēdit &
Colchi ad austrū spectat. Ab ipsis uero Batis paulatim detorquens respicit occidētem & ad Pytiuntē & Dio
Phthiro-phas scuriadem desinit. Nam hæc Colchidis loca dictæ oræ iuncta sunt. Post Dioscuriadem est reliq Col
chorū ora cui Trapezus continua flexum quēdam admirabilē efficit: deinde in rectum latus extēdi
Thoones tur: quod ponti dexteriora efficit ad septētrionem spectantia. Vniuersa uero Acheorū & cæterorū
Trapezus ora usq; Dioscuriadē & loca mediterranea austrum uersus in rectum exeuntia caucaso subiacent: q
Caucasus mons utriq; pelago iminet & pontico & Caspio muniens isthmū qui ea dirimit. Is austrū uersus Al
Albania baniā Iberiāq; disterminat septētrionem uersus sarmaticos campos, arboribus & omnigena silua ple
Iberia nus ea præcipue quæ fabricandis nauibus ē idonea: Eratosthenes ait Caucasum ab īdigenis Caspiū
uocitari a Caspiis fortasse cognominatum. Ab eo quasi cubiti quidā ad meridiē procurrūt q Iberiā
Scydissa complectentes Moschicis & Armeniis montibus coniungunt. Itē monti Scydissæ & Patyadræ. Hi
Patyadra oēs tauri partes sunt: qui australe Armeniæ latus efficit: & ab eo quodāmodo abrupti septētrionem
Taurus uersus usq; ad Caucasum & maritimā euxini orā percurrunt: quæ a Colchide ī Temiscyrā tēdit Dio
Temiscyra scurias itaq; in hoc sinu posita & orientalissimū totius pelagi signum obtinens euxini recessus: & ex
trema nauigatio appellatur. Vnde illud quod in prouerbio dicitur in phasim ubi cursus carinis ulti
mus sic intelligendū est nō q poeta qui iambicū fecit de flumine dicat: nec de urbe eiusdem nomi-
nis quæ ad flumen sita est; sed de Colchide ut de parte quod recta nauigatio a flumine & ab urbe in
Dioscurias recessum sit sexcentorū fere stad: eadem Dioscurias isthmi initiū est q inter mare Caspiū iacet atq;
Sarmatæ pontū & cōmune forū earū gentium quæ proxime sunt ulteriores. Dicunt itaq; nōnulli qui patum
Colchis res animaduertunt. lxx. nonnulli. ccc. gentes in eam conuenire atq; oēs diuersarū linguarū: ꝓpterea
Phasis fluuius quod sparsim & īpmixte ob asperitate atq; itractabilitatē habitent: quorū pleraq; pars Sarmatæ sūt:
atq; oēs Caucasii ac de Dioscuriade q de hactenus. Reliqua uero quæ Colchis est magna ex parte ad
Glaucus fluuius mare pertendit. Hanc phasis illabit ingens flumen quod ortum ex Armenia ducens Glaucū in se re
cipit atq; Hippum e uicinis montibus cadentes. Nauigatur aūt usq; Sarapanos quæ munino urbis
Hippus fluuius habitatores recipere posset. Ex ea pedestri itinere curribus uecti quatriduo ī Cyrum ꝓficiscuntur.
Ad phasim urbs iacet eiusdem nominis Colchorū emporium quod ex alia parte amni procingit ex
Sarapatu alia lacu, ex alia mari. Hīc biduo triduoue amissum Sinopēq; nauigat. Hæc littora & fluminis ostia
Phasis urbs amoenissima sunt. Regio fructibus & omnibus quæ ad fabricandas naues pertinent opportuna: nā
multa ꝓducit ac fluminibus defert. Mel tamen frequentius amarū est; sed præcipue Linum Canabē
Sinope Ceram ac picem gignit. Linificiū quidē uulgatū est: nā & in pegrina exportat loca. Vnde quidam co
gnationem Colchorū cū ægyptiis ostendere uolentes fidē ex iis captant. Secus hæc flumina in Col-
chica regione est Leucotheæ fanū quod Phryxus condidit: atq; illius oraculū ubi aries nō mactat:
id olim diues erat: ætate aūt nostra a Pharnace paulopost a Mithridate pgameno direptum est. Nā
Læsa regione etiā diuina ægre habēt nec coli possūnt ut Euripides inqt. Quanram olim hæc regio
Maophernes clantate habuerit fabulæ declarant Iasonis exercitū innuētes qui ad Medos usq; ꝓcessit: ac prius ēt
phryxi expeditionē postea cū reges succederent & regionē haberent in ꝓuintias diuisam mediocri-
Polemo ter agebant. Cum uero mithridatis Eupatoris potentia uehementer esset adaucta tota ei regio puit:
Pythodoris à quo semp aliqs ex amicis regiōis præfectus & administrator mittebatur: e qbus fuit Maophernes
matris nostræ patruus. Hinc multa regi ad nauales res copia sed sublato mithridate regio oīs quæ
Moschica sub eo erat euersa est multisq; distributa. Postremo Polemo Colchidem habuit; quo mortuo uxor
Polichniū eius Pythodoris Colchorū & Trapezūtis & Pharnaciæ & ulteriorū barbarorum regnum tenet. Sed
Idessa de his postmodū dicemus: Moschica in qua fanū dixius triptita est. Nā partē habent Colchi partem
Rhiochares Iberes partē Harmenii: Polichniū Phryxi ciuitas est in Iberia: ea nūc Idessa dicitur locus optīe muni
tus. In Colchidis aūt finibus nō procul a Dioscuriade Rhiochares flumen labitur ex gentibus quæ
Phthirophagoria Dioscuriadē conueniunt: est Phthirophagoria natio cui nomē a sordibus ac fame datū est: his ꝓxi-
mi sunt Soāes nihilo fame meliores: robore āt meliores: nam ui ac potētia pene ꝓstāt. Hi gētibus cir
Soanes cūuicinis domiant: Caucasi extrēa obtinentes: q Dioscuriadi īminēt regē habēt & collegiū uirorū:
Velleris aurei fabula ccc. cc. hominū milia cogunt in exercitū. Nā multitudo ois bellicosa ē quāq inordiata. Apd eos tor
rētes dicūt aurū deferre: qd barbari pforatis tabulis ac lāosis pellibus excipiūt. Vnde aurati ulleris

fabula cōficta ē:& fortasse Iberes eodē noīe uocanť quo occidētales ab auro qđ apđ utrosq; iuenit.
Soies ueneno ad spicula mirifice utunť:q eos ēt q non uenenatis sagittis sauci sunt odore offendit
Aliæ gētes proxime qui circa Caucasum sunt paruam & tenuem regionem habitant. Albanæ uero
& Ibericæ gentes quæ dictū Isthmū īplent:ipsæ etiā dicunť Caucasiæ & foelicē etiā habitatu regio
nem incolūt. Iberia.n.magna ex pte urbibus & habitatoribus plena est & tecta fictilia & fabrefactas
ædificioꝝ structuras:& fora & alia publica habet. Circūstans uero regio a Caucasiis mōtibus circū
datur:nā cubiti quidā fertiles(ut dictū est)ad meridiē ꝑcurrunt: q uniuersā Iberiā cōprehendentes
sese ad Harmeniā & Colchidē cōiungūt:i medio planicies est fluminibus irrigua præsertim Cyro q
ortū ex Harmenia trahens mox dictā planiciē īntrat:atq; Aragū āně a Caucaso defluētē & alias aquas
recipiens p āgustā fluminis regionē euadit ī Albaniā inter quā & Harmeniā multus illatus p uberes
campos cōplura ī se recipit flumina e quibus est Alazonius & Sandobanes & Cithaces & Chanes: q
oēs nauigabiles facti in mare caspiū erūpunt. Hoc flumen olim Torus uocabať. Iberiæ cāpos agrico
læ habitāt:& hoīes ad pacē intēti harmenico ac medico cultu:montanā uero regionē pars eorū ma
xima atq; bellicosa Scythaꝝ more uiuētes:quoꝝ cognati sunt & contermini. Se tamē colēdis agris
dedunt:& cū tumultus īgruerit multa ex se atq; illis hoīum milia cōtrahunt:quattuor aditibus i eā
regionē itur:uno p medios Sarapanos Colchoꝝ castellū atq; eius āgustias p quas Phasis.e.ac.xx.pō
tibus ptransit:q pp flexiones asp ac uiolentus ī colchidē deferť cōuallīū torrētibus multo hymbri
adauctis. Is ex īminētibus mōtibus auctus multis fontibus impleť:ac postq̄ ī cāpos uenit:alia ī se re
cipit flumina:e quibus est Glaucus & Hippus. Auctus uero ac nauigabilis factus exit in pontum. Se
cus eū urbs iacet eiusdē nominis & lacus nō procul. aditus itaq; ex Colchide in Iberiā ē huiusmodi
petris munitiōibus fluminibus & cōuallibus clausus. Ex Nomadibus autē septētrionem uersus dif
ficilis ingressus est triū dierū itinere. Dehic āgusta fluminis regio ī arago flumine dierum quattuor
iæ finē murus inexpugnabilis munit. Ex Albania primo īgressus est p petrā excisam:dehinc p sta
gnum quod amnis efficit cadens ex Caucaso. Ex harmenia uero āgustiæ quæ secus Cyrum sunt atq;
Aragū qui priusq̄ inuicē cōcurrāt urbes natura munitas habēt quæ saxis impositæ.xvi.inter se stad
absunt:pp Cyrū Armozicā:pp Aragū Sēsamora:qbus īgressibus prius Pōpeius usus est ex harmēia
mouens:postea uero Canidius. Quattuor hoīum genera regionē hāc incolūt:primum ex quo reges
duo deligunť alter scilicet q ꝓpinquitate & ætate antecedit. Alter q iura det & exercitū ducat. Secū
dum est sacerdotū qui iura finitimorū curāt. Tertiū militū & agricolarū. Quartū uulgi quod regi
bus seruit;& oīa quæ ad uitā ptinēt ministrat. Hi oīa p familias cōmunia habent:Sed is impat & rē
tenet q senior est. Iberes & eorū regio talis est. Albani pastoraliores sunt & Nomadico generi proxi
mi pterq̄ quod nō alienigenæ:unde & mediocriter sunt bellicosi. Hi inter Iberas & caspiū mare ha
bitāt ab ortu solis mari cōiūcti ab occasu Iberiæ finitimi:ex reliquis lateribus boreale caucasus mō
tibus muniť q cāpis īminentes & mari plurimū coniūcti Ceraunia uocantur. Australe latus harme
nia ꝓgrediens efficit:quæ ptim cāpestris est ptim mōtana quēadmodū Cambysena:ad quā Harme
nii simul;& Iberiæ & albaniæ cōiunguntur. Cyrus aūt qui p Albaniā fluit & alia flumina cū augentia
terram fœcundiorē exhibēt:mare aūt cōfundūt:nā limus plurimus occurrēs exitū obstruit:ex quo
adiacentes īsicile est. Hāc inæqualitatē affluxuū refractiones exaugēt:atqui & ostia in ota.xii.dicon
tur dispartiri:quoꝝ alia cæca alia oīno fallentia stationē nullā relinquunt. Quapp cū ultra.lx.stad
littus mari fluminibusq; abluať:locus omni ex parte inaccessibilis fit:Limus ad qngenta stad ꝓgre
diens totū littus efficit aggerosū:ꝓpe Araxes emittit:asp ex Harmenia cadēs:& quē ille limū ꝓpellit
alueū puium faciendo eū Cyrus repellit. Hoc hominū genus fortasse mare nō eget cum nec terra di
gne utanť. Nā q ibi militarunt:dicunt eos Cyclopicā uitā degere. Terra.n.fructū omnē etiā domesti
cum affert:& stirpes oēs & ea quæ semp uirent:& cū ne minimā qdem culturā habeat:tamen bona
oīa sine satione & inaraca gignit:multisq; in locis semel sata:bis terq; fructū affert. Ac primo quidē
modios qnquagenos idq; minime renouata nec ferro ꝓscissa:sed ligneo aratro. Babylonius uero &
ægyptius cāpus fluminibus atq; aliis aquis totus irrigať:quāobrē semp herbidā faciē seruat:icirco
uberrimus est. Adest illi præcipua aeris temperies:uineæ manent inefossæ qnquēnis putať:ī bima
tu nouellæ fructū feruūt:adultæ tantū reddunt:ut pars maxima ī palmitibus relinquať. Pecora tū
mitia tum agrestia foetus edunt pulcherrimos. homines sunt magnitudine ac pulchritudine excellē
tes. Simplices nō aūt cauponarii nūmi usum maxima ex parte nō habent:numerū ultra centenariū
nō norunt:cōmertia inter se mercibus faciunt in cæteris quæ ad uitā ptinent inertes exqsiroꝝ pon
derum ac mensuraꝝ ignari ciuilitatis belli & agriculturæ prorsus inpiti pedestri & equestri appara
tu decertant expediti & armati ut Harmenii exercitū emittūt maiorem q̄ Iberes. nam uiroꝝ ad.lx.
milia: equitū ad.xxii.milia armant:quot contra Pōpeiū pręliati sunt. Hos Nomades ab externis de
fendunt quēadmodū Iberes iisdem de causis aliter uero saepe eos adoriūť:& quominus agriculturā
exerceant īpediūt:Iaculatores sunt & sagittarii clipeos & thoracas habent. Itē ferinas galeas quēad
modū Iberes ex Albana regione. Est etiam Caspiana eiusdē nominis cū gente Caspia quæ nunc qdē
obscura est ad eam Caspium mare pertinet. Ingressus ex Iberia ī Albaniam fit per Cābysenam regio
nē asperam atq; siccā ad flumen Alazoniū ipsi & eoꝝ canes excellētes uenatores sunt studio magis
q̄ arte:reges.n.differunt:nā nunc unus omniū differat cū prius quæq; ligua suū haberet eo quod nō

Soanes
Albania
Iberia
Cyrus fluuius
Aragus
Alazonius
Sandobães
Cithaces
Chanes
Torus fluuius
Iberia
Scythæ
Sarapani
Phasis
Glaucus fluuius
Hippus fluuius
Albania
Armozica
Sensamora
Iberes
Albani
Ceraunia
Cyrus fluuius
Araxes

Aranearũ morsus — Lunæ templum — Serui afflati — Albani — Senectutis honor — Pecuniarũ sepulcra — Harmeniũ — Pheræ — Larissa — Atilesma — Gelæ — Legæ — Mermádalis — Gargarẽses — Ceraunia — Amazones — Mermodas

facile inuicem miscentur:linguas habent.xxvi.terra serpentia quædam letifera ꝓgignit.Itẽ Scorpios & araneas.Araneaꝶ quædam cogunt ridendo mori quædã flendo desyderio suorum. Deos colunt solem Iouem ac lunam præcipue lunam:cuius templum Iberiæ proximum est:& sacerdos præficit honore secundus post regẽ:q sacris seruis & sacræ regioni præest quæ multa ẽ & hominibus plena. E seruis multi numine afflati diuinãt q plurimũ numine correptus est:solus p siluas errat hũc sacerdos cõprehensum sacra cathena deuincit p annũ sumptuose alens:postea ad deæ sacrificiũ cum aliis hostiis mactandũ ꝓducit:sacrificii ritus ẽ huiusmodi.Quidã huius negotii gnarus sacrã hastã tenẽs qua mos est hominem mactari:atq; ex multitudiẽ ꝓcedens eã in cor p latus urget illo cadente:quædam diuinationis signa captãt atq; ĩ cõmune ꝓferunt tũ corpore in locũ quẽdã delato id oẽs supgrediunt huiusmodi piaculo utentes. Albani præcipue senectutẽ uenerant non parentũ modo sed etiã cæteroꝶ mortuoꝶ curã habere aut meminisse nephas est.Nã cũ mortuis pecunias defodiunt. Iccirco pauperes uiuunt cũ patrimoniũ nullũ habeãt:ac de Albanis quidẽ hæc tradũt:Iasonẽ cũ Harmenio Thessalo cũ ĩ Cholcos nauigaret usq; ad mare Caspiũ ꝓfectũ:ĩ Iberiã Albaniãq; ꝓcessisse:& harmeniæ ac Mediæ multũ pagrasse ut Iasonia & alia cõplura monumenta testant.Harmeniũ uero ex harmenio fuisse:quæ ciuitas Boebeidi lacui proxima ẽ ĩter pheras & Larissam atq; eã Atilesmã & Syspiretim habitasse usq; ĩ Calachanã & Adiabenã:atq; harmeniã de suo noĩe appellasse. In montibus qui supra Albaniã sunt Amazonas dicunt habitare:& ĩter Albanos & Alazonas dicit gelas & Legas habitare inter hos & Amazõas Mermãdalim flumẽ labi.Alii uero e quibus ẽ Metrodorus Scepsius & Hippisicrates locorũ nõ ignari dicunt eas Septẽtrionẽ uersus Gargarensibus esse finitimas sub radicibus mõtiũ caucasioꝶ qui ceraunia uocant & earũ alias opari:quæ ad aratioẽ ĩsitioneq; primẽt:sed præcipuã pascendorũ equorũ curã habere:robustiores uero in equis uenatiões ac bella exercere, Oẽs ab ĩfantia dextrã mamillã exustas ut habilius liberiusq; ad oẽm usum brachio uti possint . Sed in primis ad iaculationem uti arcu securi & pelta e ferarum pellibus conficere galeas subligacula & alia opimẽta mẽses duos ueris eximios habere qbus monteẽ proximũ conscẽdunt :qui eas disiũgit a Gargarensibus quo & illi more quodã ꝑuetusto cõscẽdẽtes sacrificãt:& prolis gratia cũ mulieribus coeũt:idq; obscure inter tenebras ĩ quãcũq; inciderint:quas postq̃ pregnãtes fecerint:remittũt illas si fœminã peperint secũ retinẽt:si mares illos tollendos reddunt. Vnde pp ignorantiã ualde inter se affici cõtingit cũ quisq; quãq; sibi affinẽ existimet:Mermodas e montibus descẽdẽs p Amazonũ regionẽ & Syracenã & loca ĩtermedia q deserta sunt emittit in meotim. Tradũt Gargarenses cũ Amazõibus ex themiscyra ĩ hæc loca cõscẽdisse:postea ab illis discissos cũ thracibus & euboibus qbusdã errabundis aduersũ eos bellũ gessisse:quo cõposito iis inter se cõditionibus conuenisse:ut in filiorũ prole cõmunicarent. Viuerẽt aũt utriq; separatim.Sed de Amazonũ fama ꝓpriũ qddã euenit.Nam cum fabula ab historia distinguat antiq.n.& falsa & miraculosa:fabulæ appellant.historia siue antiqua sit siue noua ueritatẽ postulat.miracula uero aut nõ habet aut perraro.De amazõibus quidem eadem nũc dicunt quæ olim:quanq̃ miraculosa sint & a fide plurimũ distent. Quis.n.credat ut uel exercitus uel ciuitas uel gens unq̃ ex solis constiterit mulieribus:& nõ solũ cõstiterit:uerũ etiã inuaserit aliena:& nõ mõ uicinis fuerit dominata adeo ut usq; in Ioniã ꝓcesserit.Sed etiã exercitũ trãs põtum miserit usq; ĩ Atticã.Hoc pinde ẽ ac siquis dicat uiros tũc mulieres fuisse & mulieres uiros: qn eadẽ nũc de eis ꝓdicantur:quã quidẽ rem adauget & facit ut magis antiqua credant q̃ noua : quod urbes quædã ab illis conditæ & cognominatæ phibent:ut Ephesus Smyrna Cirma Myrina Paphe: & alia q̃ plurima monumẽta. Themiscyrã.n.cãposq; Thermodonti proximos & iminentes montes amazonũ dicũt:atq; eas ĩde pulsas. Vbi ãt nũc sint perpauci id quidẽ & sine demõstratione tradunt quẽadmodũ de Thalestria amazonũ regina:quã cũ Alexãdro in hyrcania pmixtã ferunt & ꝓlis gratia congressam:quæ profecto res nõ satis cõstat.Nã rerũ scriptores q maxime ueritatẽ curãt:& qbus fidei plurimũ adhibet nihil tale dixerũt:& siq dixerunt iter se discordãt:Clitarchus Thalestriã scribit a Caspiis portis & Thermodonte ꝓfectũ ad Alexandrũ uenisse,Cũ Caspiæ portæ supra sex milia stadiorũ distent a Thermodonte.Quæ uero ad famã uulgata sunt:& si ab oibus cõcedãtur:tamẽ q ea finxere magis adulationi ĩseruierut q̃ ueritati:quẽadmodũ de Caucaso in Indicos mõtes:& in uicinũ illis mare trãslato ab ulterioribus Colchoꝶ & Euxini montibus quos Græci etiã Caucasũ nominarũt.Cũ Caucasus supra triginta milia stadioꝶ distet ab India atq; ibi de prometheo & eius uinculis fabulas confixerunt.Eos.n.tũc ultimos notãt Orientẽ uersus.Bacchi quidẽ atq; Herculis exercitus q in Indiã profectus ẽ:posterius confictã fabulã ostẽdit:quippe cũ Herculis mille ãnis post soluisse prometheũ dicat;& præclarius quidẽ erat Alexandrũ usq; ad Indicos mõtes q̃ usq; in ulteriorẽ euxini & Caucasi recessum Asiã subegisse. Vnde pp montis famã & nomẽ & propterea quod Iasõ uidebat longissimã expeditionẽ peregisse usq; ad loca Caucaso proxima:& qa prometheus ĩ extremis terræ etiã mõte Caucaso uinctus dicebat. Iccirco gratificari se regi putauerũt:si mõtis nomẽ ĩ Indiã transtulissent. Altissimæ uero Caucasi partes Albaniã & Iberiã & Colchos & Heniochos uersus sunt Australes quæ ab his habitant quos Dioscuriadẽ diximus cõuenire.Cõueniũt autem frequẽtius salis gratia . Ex his alii montium tenent cacumina ; Alii in collibus habitant qui plurimum ex ferina carne & lacte & agrestibus fructibus uiuunt . Montium uertices hyeme sunt inaccessibiles æstate propter glaciem ac niues bubulas caligas in tympani modum latas calciari ascendunt. Descendunt

Ephesus — Smyrna — Cirma — Myrina — Paphe — Themiscyra — Thalestria — Caspiæ portæ — Thermodon — Caucasus — Prometheus

autem cum oneribus super pelle delapsi: quod etiam circa Atropaciam Mediae & Mansium Harmeniae monte fit. Vbi soleas quosdam ligneas caligatas pedibus supponunt. Summa itaq; Caucasi talia sunt ad montis ima descendenti regio Septétrionalior est minor tamen. Iam.n. eú cápis iungit Syracorum. Insunt etiam Troglodytae quidá, q pp frigora habitant in cauernas. Iam hi pane abúdant. Post Troglodytas sunt Cheanitae & quos Polyphagos uocant & aliorum quorúdam uici agriculturae patiétes cum non omnino Septétrioni subiaceant. Deinceps sunt Nomades Paxani & Nabiani qui inter Meotim Caspiúq; habitant: mox Siracorum Aorsorúq; nationes. Aorsi ac Siraces superiorum Aorsorum exules uident: & magis ad Septétrionem expositi. Abeacus Siracorum Rex dum Pharnaces Bosphorum haberet equitú misit uiginti milia. Spádides Rex Aorsorú totidem. Superiores Aorsi plura cú terrae plus haberent: & maxima ex parte orae Caspiae imperarent. Vnde camelis iter agentes indicas & Babylonias merces ab Harmenis Medisq; accipiebant atq; ex opulentia aurum gestabát. Aorsi itaq; Tanaim accolunt. Siraces aút Achardeú: q ex Caucaso fluens emittit in Meotim. Secunda pars incipit a mari Caspio: ubi & prior desinit. Idem Hyrcaniú appellat. De mari hoc & gentibus quae ipsum accolunt dicendú prius est. Sinus itaq; q ab oceano meridié uersus recedit: satis in initio arctus est: in progressu át dilatat: praesertim í intimo recessu: ad qnq; fere milia stadiorum. Nauigatio usq; í recessú qui iam contingit inhabitabilé paulo maior est. Scribit Eratosthenes maris huius circúnauigationé Graecis cognitam secus Albanos & Clusios qnq; miliú & trecentorum esse stadiorum secus Narisios Mardos & Hyrcanos usq; ad oxi fluminis ostia quattuor milium & octigentorum. Hinc ad Iaxartem flumen duú miliú & quadringentorum. Verum de his q in hac pte habitát & tá longe sepositi sunt simplicius dicendú est: maximeq; de interuallis: ad dextrá itaq; nauiganti Europae cótinui sunt Scythae & Sarmatae: q inter Tanaim & mare hoc habitant magna ex pte Nomades. ad Leuá sunt Scythae: q ad Orientem spectant: atq; hi Nomades usq; ad Orientale Indorú mare Graeci scriptores uniuersos Septétrióales olim Scythas & Seltoscythas appellabant. Qui uero eos prius distinxere q supra Euxinum & Histrú & Adriam habitant Hyperboreas & Sauromatas & Arimaspos uocauerunt. Eos át qui ultra mare Caspiú sunt partim Sacas partim Massagetas: quanq de iis nihil exquisite dixerunt: nec etiá q Cyri bellú aduersum Massagetas gestú cóscripsere. Nam de iis nihil omnino exacte dictú est. Sed nec Persarum res gestae nec Medorú nec Syrorum pp scriptorum simplicitaté ac studium fabularú multum fidei sunt assecutae: nam cum eos uiderent magnopere pbari quod aperte fabulas conscriberent arbitrati sunt scripturá suá iucúdiorem fore: si í historiae formá ea dicerét: quae nec ipsi unq uidissent: nec a sciétibus audiuissent. Et qa talia libenter audiunt: iccirco facilius Tragoedorum poetis & Hesiodo & Homero de heroibus praedicádi fides adhibet: q Etesiae & Herodoto & Hellicano: ac caeteris eius generis scriptoribus. Sed nec multi facile iis credút q de Alexádro conscripsere. Hi enim propter Alexandri famá decipiunt: & pptérea quod exercitus in extremis Asiae ptibus pcul a nobis militauit. Longiquitas.n. redargui nó facile potest. At Romanorum Parthorúq; imperiú plura retegit q ea quae olim tradita fuere. Ná q & gétes & loca conscripserunt in qbus res gestae memorantur: eo fidelius dicunt q superiores: quo plura pspexere. Ad leuam itaq; mare Caspiú nauigáti Nomades accolunt: eos iuniores Daas appellant: q etiá Sparni sunt nominati. Dehinc deserta regio interiacet: deinde Hyrcania ubi iá mare in pelagus crescit: quousq; Medorum Harmeniorumq; mótibus coniúgatur. Horum figura lunaris est ad ipsas montium radices quae ad mare desinétes intimú Sinus recessum efficiunt. Has montiú radices ad summú usq; a mari icipiendo Albanorum & Harmeniorum nonnulli quidá ex parte habitant. Parté uero maximá Gele Docusini & Amardi & Quitii & Anariocae: pditú est etiá Pharasiorum quosdá cú Anaricis habitasse: qui adhuc Parasii noiant. Enianas quoq; urbé í uitia condidisse: q nunc dicitur Eniana: ubi Graeca ostendunt arma: & aenea uasa: & sepulturae. Hic etiam Nabarca ciuitas est: in qua oraculú est eorum qui ex in somnus respódent. Insunt etiá quaedá aliae gentes Latrociniae belli potius q agri colédi studiosae: id locorú asperitas facit. Maximá circúmontanae orae pté Cadusii tenét ad quinq; milia stadiorú (ut Patrocles ait) qui pelagus hoc pontico par existimat. Haec loca tenuia sút. Hyrcania uero ualde opulenta & multa & magna ex pte planicies pclaris urbibus adornata: e quibus é Talabroca & Samariana & Carta: & regia tape quá paulo supra mare situ abesse dicút a Caspiis portis ad stad mille & quadringenta: opuléntiae signú ducunt quod uitis unum metretá affert ficus modios .lx. frumentú ex fructu nascit: qui cadit ex culmo í arboribus mellificat. Ex foliis mel fluit quod etiam in matiana mediae & in Sagagena Harmeniae & í Araxena fit: nullam tamen in ea excolenda diligentiá ponunt: nec in eiusdé nominis mari qd & occiosum est & non nauigat. Insunt in eo ísulae quaedá: ut habitent idoneae & (ut quidá dixere) auriferá terrá habét. Causa é quia qui í initio hyrcanis íperauere barbari fuerunt ut Medi Persae: ac postremo parthi superioribus deteriores. Tú uicina regio Nomadibus: ac desertis plena tota latronibus patet: Macedones át paruo tépore imperauerunt & in bellis occupati: longiqua pspicere nequiuere. Refert aristobolus Hyrcaniá siluosam esse & quercú & Pinú: & Abieté gignere: piceá uero minime. Indiam his abundare Nysea & Hyrcaniam ptinet nónulli eam p sese ponunt. Hyrcania usq; ad mare Ocho & Oxo fluminibus irrigatur: quorú Ochus p Nyseá fluit: quidá Ochú in Oxum dicunt emittere. Aristobolus ostendit ochum maximú esse omniú fluminú quae ipse in Asia uiderit praeter Indica: dicit.n. eú nauigabilé esse a Patrocle ita ut Eratosthenes accipiés & multas Indiae merces í hyrcanú mare p eú de

Syraci
Troglodi tae
Cheanitae
Polyphage
Paxani
Nabiani
Aorsi
Abeacus
Spanides
Siraces
Achardeus
Clusii
Narisii
Mardi
Hyrcani
Oxus
Iaxartes
Scythae
Sarmatae
Nomades
Seltoscytae
Hyphorei
Sauromatae
Arimaspi
Sacae
Massagetae
Alexandri scriptores
Nomades
Daae
Sparni
Hyrcania
Gele
Docusini
Amardi
Quitii
Anaricae
Parasii
Anarici
Enianae
Nabarca
Cadusii
Hyrcania
Talabroca
Samariana
Carta
Tape
Matiana
Sagagena
Araxena
Hyrcania
Nysei
Ochus
Oxus

uehi.Hinc in Albaniam traiiciac per Cyrum ad sequẽtia loca deferri in euxinũ:quãq̃ Ochus ab antiquis scriptoribus nõ multũ nominatur.Apollodorus Parthicaꝝ reꝝ præscriptor quia Parthis prime labat̃ sæpe cũ nominauit.Sed multa mẽdacia de mari hoc pp Alexandri ambitionẽ in opinionẽ
Tanais
adducta sunt.Nã cum inter oẽs constet Tanaim flumen Europã ab Asia disiungere:iaceatq; iter Tanaim ac mare maxima Asiæ pars:quæ Macedonibus non parebat.Certũ est eã exercitũ contraxisse:qua te Alexander fama solũ uidet̃ partes eas obtinuisse.In unũ itaq; coegerunt meotim lacum qui Tanaim recipit:& Caspiũ mare:qđ etiã lacũ uocãt:& iter se dicũt pmisceri:& alterũ alterius partem esse.Polycletus fidẽ affert mare hoc lacũ esse:quia serpẽtes nutrit & dulce ẽ:& qđ aliud nõ sit a Meotide ex eo uidet̃ coniectare:quod Tanais ĩ id emittit.Ex iisdẽ.n.Indiæ mõtibus fert̃:ex qbus Ochus
Iaxartes
& Oxus Iaxartes & cõplures alii:atq; ita in Caspiũ pelagus imittit.quẽadmodũ illi:& oium Septentrionalissimus est.Hunc itaq; Tanaim noiauerunt:& fidẽ adhibuerũt eum Tanaim esse quem dixit
Abies
Polycletus quod regionẽ trans amnẽ abietẽ fert:& Scythæ q ibi sunt sagittis abiegnis utunt̃.Idq; inditium est ulteriorẽ regionẽ ad europã nõ ad Asiam ptinere.Asia nec superior nec orientalis gignit abietẽ:autor ẽ Eratosthenes etiam ĩ India eã nasci & inde classem ab Alexãdro ædificatã. Eratosthenes qdem huiusmodi alia pmulta refellere conat̃.Sed de his satis sit dictũ: atq; illud ex admirabilibus est quæ ab Eudoxo & ab aliis de hyrcania scripta sunt;quod ripæ quædã cauernosæ ante mare stant:inter quas atq; mare humile littus iacet.Ex superioribus rupibus flumina decurrunt: tanta ui delata;ut cũ ad ripã puenerint aqua in mare iaculent̃:subiectũ littus aspgine ĩtactũ relinquentia:ut etiam exercitui unda tecto puiũ sit.Sæpe Indigenæ eũ locũ descendunt epulandi & sacrificandi gratia:& ĩterdũ ĩ antris discũbentes:interdũ sub ipso fluctu apricantes:alii alio modo delectant̃. Cũ si-
Taurus mons
mul hinc mare pateat:hinc littus pp humorẽ herbidũ floridũq; cõspicat̃ ab Hyrcanio mari ad auroram pgredienti:ad dextram sunt mõtes q usq; ĩ Indicũ mare pẽdũt:eos Græci taurũ uocãt q a Pamphylia Ciliciaq; icipientes:& ab occidente ppetui hucusq; pceduntcũ alia atq; alia nomina sortiau
Gelæ
tur.Septẽtrionales eius partes primo(ut dictum est)habitãt gelæ:Cadusũ:Amardi:& hyrcanoꝝ qui
Cadusii
dam postea parthoꝝ:Marganoꝝ & Ariorum gentes.Tũ deserta quæ Samus amnis separat ab hyr-
Amardi
cania ad aurorã atq; ochũ tendunt.quod autẽ hucusq; ptẽdit;uel paulo minus Parachoatras appella
Margiani
tur a mari hyrcanio in arios sunt sex milia fere stađ.Deinde est regio bactriana & Sogdiana. Vltimi
Arii
sunt Scythæ nomades.Montes oẽs q post Arios sequunt̃ Macedões Caucasum uocauerũt.Barbari
Samus
uero & summas & Boreales Paropamisi partes & Eoloꝝ & Maouũ & alia huiusmodi noĩa singulis
Parachoatras
partibus dederunt.Ad leuã horũ sunt scythaꝝ ac nomadũ gẽtes quæ omne boreale latus complẽt.
Scythæ a Caspio mari ĩcipiẽtes magna ex parte daii appellant̃.q oriẽtaliores sunt Massagetæ dicun
Bactriani
tur & Sacæ:alii cõmuniter Scythæ:priuatim uero aliter atq; aliter:Vniuersi frequentius Nomades
Sogdiani
uocantur.Ex Nomadibus maxime inotuerũt.Asii Pasiani.Tachari Sacarauli q bactrianã græcis ab-
Caucasus
stulere.Et q ex ulteriore Iaxartis regione pfecti sunt quæ apud Sacas & Sogdianos est:& quam sacæ
Nomades
ipsi obtinebant.Ex Daiis alii Aparni:alii Xanthii:alii Pissuri appellant̃.Aparni Hyrcãis & eoꝝ mari
Scythæ
proxime adiacẽt.Reliqui usq; ad oppositã Ariæ regionẽ extẽdunt̃.Inter eos & Hyrcaniã & Parthos
Daii
usq; ad Arianã Regio:ut multa est:ita & deserta atq; sicca:quã longis itineribus pmeantes Hyrcaniã
Massagetæ
Iseam & parthoꝝ campos excurrebant.Hi uero tributũ illis ex pacto pendebant.Id erat permittere:
Sacæ
ut statis tẽporibus regionẽ excurrerent:atq; prædã agerent.Cum uero præter cõuenta facerent:bel-
Asii
lum gerebat̃:rursumq; pax fiebat.Huiusmodi etiã cæteroꝝ Nomadũ uita erat:ut semp uicinos in-
Pasiani
festarent:rursumq; reconciliarent̃.Sacæ tales ĩuasiones faciebant:quales olim Cimmerii ac Treres:
Tachari
interdum longinquas:interdũ ppiquas.Nã & bactrianã occupauere:& optimã Harmeniæ regionẽ
Sacarauli
